ei. Et fodit ī ea torcular et edificauit turrī: & locauit eā agricolis/ et ꝑegre ꝓfect⁹ ē. Cū aūt tp̄s fructuū appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas/ vt acciperēt fructus ei⁹. Et agricole apprehēsis seruis ei⁹: aliū ceciderūt/ aliū occiderūt/ aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures priorib⁹: & fecerūt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū suū: dicens. Verebunt̄ filiū meū. Agricole aūt videntes filiū: dixerūt intra se. Hic est heres: venite occidam⁹ eū et habebimus hereditatē ei⁹. Et ap̄prehēsū eū eiecerūt extra vineā/ et occiderunt. Cū ergo venerit dn̄s vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male ꝑdet: et vineā suā locabit alijs agricolis/ q̄ reddant ei fructū tp̄ibus suis. Dixit illis ies⁹. Nunq̄ legistis ī scripturis. Lapidē quē reprobauerūt edificātes: hic fact⁹ est ī caput āguli. A dn̄o fctm̄ est istud: & est mirabile ī oclis nr̄is. Ideo dico vobis: qꝛ auferet̄ a vobꝫ regnū dei/ & dabit̄ gēti faciēti fruct⁹ ei⁹. Et q̄ ceciderit sup lapidē istū: ꝯfrigetur. Sup quē vero ceciderit: cōteret eū. Et cū audissent principes sacerdotū & pharisei parabolas ei⁹: cognouerūt ꝙ de ipsis diceret. Et querentes eū tenere: timuerūt turbas. Qm̄ sicut prophetā: eū habebāt. Offer.

p̄.39 Dn̄e ī auxiliū meū respice/ cōfundant̄ & reuereant̄ q̄ q̄rūt aīam meā vt auferāt eā. V. Auertantur retrorsum & erubescant qui cogitant michi mala. Se.

Hec ī nobis sacrificia dn̄e de⁹ & actiōe ꝑmaneāt: & opatiōe firment̄ur. Per. p̄.11 Cōio. Tu dn̄e seruabis nos/ et custodies nos a generatione hac in eternum. Postcommunio.

Hac nos dn̄e q̄s accepto pignore salutis eterne sic tēdere cōgruenter: vt ad eam peruenire possim⁹. Per do. Sup ppl'm. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Or.

Da q̄s dn̄e ppl'o tuo salutē mētis & corporis: vt bonis operibus inherendo/ tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dn̄m. ¶ Sabbato. Officium.

Lex dn̄i irreprehēsibilis cōuertēs aīas p̄.18 testimoniū dn̄i fidele sapiētiā p̄stās puulis. Ps. Celi enarrāt gloriam dei & opa manuū eius ānūciat firmamētū. Ore⁹. Flectam⁹ ge. Leua. Or.

Da q̄s dn̄e nr̄is effectū ieiuniis salutarē: vt castigatio carnis assūpta ad nr̄aꝝ vegetationē trāseat aīaꝝ. Per. Lcō lib. genesis.

In dieb⁹ illis: Dixit rebecca 27 C filio suo iacob. Audiui patrē tuum loquentē cū esau frater tuo: et dicētē ei. Affer michi de venatiōe tua/ et fac cibos vt comedā: & benedicam tibi corā dn̄o anteq̄ moriar. B Nūc ergo fili mi acquiesce cōsilijs meis: et pergens ad gregē affer michi duos hedos optios/ vt faciā ex eis escas patri tuo q̄bus libēter vescitur. Quas cū intuleris et comederit: bn̄dicat tibi p̄usq̄ moriatur. Cui ille respōdit. Nosti ꝙ esau frater me⁹ homo pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et senserit: tīeo ne putet sibi me voluisse illudere/ & inducat sup me maledictionē ꝑ bn̄dictiōe. Ad quē mater. In me sit (ait) ista maledictio, fili mi: tātū audi vocem meam et pergens affer que dixi. Abijt & attulit: deditq; mr̄i. C Parauit illa cibos/ sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis/ quas apud se habebat domi induit eū. Pelliculasq; hedoꝝ circūdedit manib⁹: & colli nuda protexit. Deditq́ pulmentū: et panes quos coxerat: tradidit. Quib⁹ illatis dixit. Pater mi? At ille respondit Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq́ iacob. Ego sū esau primogenit⁹ tu⁹: feci sicut ꝑcepisti michi. Surge sede ⁊ comede de venatione mea: vt benedicat michi aīa tua. Rursumq́ ysaac ad filiū suū. Quomodo (inq̄t) tā cito invenire potuisti fili mi? Qui rn̄dit. Voluntas dei fuit: vt cito michi occurreret qđ volebā. Dixitq́ ysaac. Accede huc vt tangā te fili mi: et ꝓbē vtrū tu sis fili⁹ meus esau / an nō. Accessit ille ad patrē: ⁊ palpato eo dixit ysaac Vox quidem vox iacob est: sȝ manus / man⁹ sunt esau. Et nō cognovit eū: quia pilose manus similitudinē maioris expresserant. Bn̄dicens ergo illi ait. Tu es filius D meus esau / Rn̄dit. Ego sū. At ille. Affer (inquit) michi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi aīa mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam ⁊ vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da michi osculū fili mi. Accessit: et osculatus est eū. Statimq́ vt sensit vestimentoꝝ illius fragrātiam: bn̄dicēs illi ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dn̄s. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre / abundantiā frumenti / vini ⁊ olei: et serviāt tibi populi / et adorēt te tribus. Esto dn̄s E fratrum tuoꝝ: ⁊ incurventur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleat̄. Vix ysaac sermonē cōpleverat: ⁊ egresso iacob foras / venit esau Coctosq́ de venatione cibos: intulit patri dicens Surge pater mi / et comede de venatiōe filii tui: vt bn̄dicat michi anima tua Dixitq́ illi ysaac. Quis enim es tu? Qui respōdit. Ego sum fili⁹ tuus ꝑmogenit⁹ esau. Expavit ysaac stupore vehementi: ⁊ vltra q̄ credi potest admirās ait. Quis igitur ille est q̄ dudū captā venationē attulit michi: ⁊ comedi ex oībus priusq̄ tu venires? Bn̄dixitq́ illi: et erit bn̄dictus. Auditis esau sermōib⁹ patris: irrugiit clamore magno / ⁊ consternat⁹ ait Bn̄dic etiā et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tu⁹ fraudulēter: ⁊ accepit bn̄dictionē tuā. At ille subiūxit. Iuste vocatū est nomē ei⁹ iacob: supplātavit enim me in altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secūdo surripuit bn̄dictionē meā. Rursumq́ ad patrē. Nunquid nō reservasti (ait) ⁊ michi bn̄dictionem? Respōdit ysaac. Dn̄m tuū illū constitui: et oēs fratres suos servituti illius subiugavi. Frumento et vino et oleo stabilivi eum: et tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Cui esau. Num vnam inquit tantū benedictionem habes pater? Michi quoq́ obsecro: vt bn̄dicas. Cūq́ eiulatu magno fleret: motus ysaac / dixit ad eum. In pinguedine terre: ⁊ in rore celi desuper: erit benedictio tua. Graduale Bonum est p̄.12 confiteri domino ⁊ psallere nomini tuo altissime. V. Ad annūciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. Secundum lucam.

In illo tēpore: Dixit iesus di- 15.c. scipulis suis: parabolam hāc. C Homo quidam habuit duos filios: ⁊ dixit adolescentior ex illis patri. Pater / da michi portionem substātie: que me cōtingit. Et divisit illis substātiā. Et non post multos dies cōgregatis omnib⁹ / adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquā: et ibi dissipavit substantiam suā vivendo luxuriose. Et postq̄ oīa consummasset: facta est

fames valida in regione illa/ ⁊ ip̄e
cepit egere. Et abijt et adheſit vni
ciuiū regionis illius: ⁊ miſit illū ī
villā ſuā vt paſceret porcos. Et cu
piebat implere ventrē ſuū de ſiliq̄s
quas porci manducabant: ⁊ nemo
illi dabat. In ſe autē reuerſus: di
D xit. Quāti mercēnarij ī domo p̄ris
mei abūdāt panib⁹: ego aūt hic fa
me pereo? Surgā/ et ibo ad patrē
meū: et dicā ei. Pater/ peccaui ī ce
lū ⁊ corā te: iā nō ſū dignus voca
ri filius tuus/ fac me ſicut vnū ex
mercēnarijs tuis. Et ſurgēs venit
ad patrē ſuū. Cū autē adhuc longe
eſſet: vidit illū p̄r ipſi⁹: ⁊ mīa mot⁹
eſt. Et accurrēs/ cecidit ſupra col
E lū ei⁹: ⁊ oſculatus eſt eū. Dixitq̄ ei
filius. Pater peccaui ī celū ⁊ corā
te: iā nō ſū dign⁹ vocari fili⁹ tuus.
Dixit autem pater ad ſeruos ſuos
Cito proferte ſtolā primā et īduite
illū ⁊ date anulū ī manu eius ⁊ cal
ciamēta ī pedes eius. Et adducite
vitulū ſaginatū ⁊ occidite/ ⁊ man
ducemus ⁊ epulemur: qꝛ hic filius
meus mortuus erat ⁊ reuixit: perie
rat ⁊ inuētus eſt Et ceperūt epulari.
F Erat aūt filius eius ſenior in agro
Et cū veniret ⁊ appropinquaret do
mui: audiuit ſymphoniā ⁊ chorū/ ⁊
vocauit vnū de ſeruis: ⁊ interoga
uit q̄d hec eſſent. Iſq̄ dixit illi Fra
ter tuus venit: ⁊ occidit p̄r tuus vi
tulū ſaginatū: qꝛ ſaluū illū recepit
Indignat⁹ eſt aūt: ⁊ nolebat ītroi
re. Pater ergo illius egreſſus cepit
G rogare illū. At ille r̄ndēs: dixit p̄ri
ſuo. Ecce tot ānis ſeruio tibi: ⁊ nū
q̄ mādatū tuū p̄terij/ ⁊ nunq̄ de
diſti michi hedū/ vt cū amicis me
is epularer. Sed poſtq̄ hic fili⁹ tu⁹
qui deuorauit ſubſtātiā ſuā cū me
retricibus venit: occidiſti illi vitu
lum ſaginatū. At ille dixit ei. Fili
tu ſemꝑ mecū es ⁊ oīa mea tua ſūt

Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat:
qꝛ frater tuus hic mortu⁹ fuerat: ⁊
reuixit. Perierat: ⁊ inuētus eſt. Offer
Illumina oculos meos ne vnq̄ obdor p̄.12
miam in morte: nequando dicat inimi
cus meus preualui aduerſus eū. Vſus
Uſq̄quo dn̄e obliuiſceris me ī finē: q̄
diu ponā conſilia in aīa mea Secreta
HIs ſacrificijs dn̄e cōcede pla
catus/ vt qui proprijs ora
mus abſolui delictis: non graue
mur externis. per dominum. Cōio
Oportet te fili gaudere quia frater tu Luc.
us mortuus fuerat ⁊ reuixit/ perierat 15.c.
et inuentus eſt. Poſtcommunio.
SAcramēti tui domīe diuīa li
batio penetralis nr̄i cordis ī
fundat: et ſui nos participes potē
ter efficiat. p dn̄m. Sup populum
Oremus. Humiliate ca. v̄ra deo. or.
FAmiliā tuā q̄s dn̄e continua
pietate cuſtodi vt q̄ ī ſola ſpe
gratie celeſtis initit: celeſti etiā p
tectione muniat. p dominū noſtrū
C Dn̄ica. iij. quadrageſime Offīm
OCuli mei ſēp ad do p̄.24
minū: qm̄ ip̄e euel
let de laqueo pedes
meos: reſpice ī me
⁊ miſerere mei qm̄
vnicus et pauper
ſum ego. pſalmus.
Ad te dn̄e leuaui aīam meā: de⁹ meus
in te confido non erubeſcam. Oratio
QUeſum⁹ oīpotēs de⁹ vota huī
liū reſpice: atq̄ ad defēſionē
nr̄am dexterā tue maieſtatꝭ extēde.
p dominū noſtrum. C Ad epheſios
FRatres Eſtote imitatores dei 5.ca.
ſicut filij chariſſimi: ⁊ ābula A
te ī dilectiōe ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos
⁊ tradidit ſemetipz p nobꝭ oblatio
nē ⁊ hoſtiā deo ī odorē ſuauitatꝭ forni
catio aūt ⁊ oīs īmūdicia aūt auaricia
nec noīet ī vobꝭ ſicut decꝫ ſcōs. aūt turpi
tudo aut ſtultiloq̄ū aut ſcurrilitas

que ad rē nō ptīet: ſed magis grāꝝ
B actio. Hoc aũt ſcitote itelligētes/
ꝗ oīs fornicator aut imūd⁹: aut a-
uarus qđ eſt ydolorꝝ ſeruitus nō ha
bet hereditatē i regno xp̄i ⁊ dei. Ne
mo vos ſeducat inanibus vbis. Pro
pter hec eni venit ira dei: i filios dif
fidentie. Nolite ergo effici partici
pes eorū. Eratis eni aliqñ tenebre:
nūc aũt lux i dño. Ut filij lucis am
bulate. Fructus enim lucis eſt: i oī
bonitate ⁊ iuſticia/ et vitate. Gr.
Ps.9 Exurge dñe nō pualeat homo: iudi-
centur gentes in conſpectu tuo. Vſus
In ↄuertēdo inimicū meū retrorſū: in
firmabūtur ⁊ peribunt a facie tua. Tr.
Ps.122 AD te leuaui oculos meos: q ha-
bitas i celis. V. Ecce ſicut oculi
ſeruorꝝ: i manibus dñorꝝ ſuorꝝ. V. Ecce
ſicut ocli āćille: i māib⁹ dñe ſue. V. Ita
ocli nr̄i ad dñm deū nr̄m: donec miſe-
reatur noſtri. V. Miſerere nobis dñe:
miſerere nobis. Secundum lucam.
11.L. IN illo tp̄e: Erat ieſus eijciēs
demoniū: et illud erat mutū.
Et cū eieciſſet demoniū: locut⁹ eſt
mutus ⁊ admirate ſunt turbe. Qui
dā aũt ex eis: dixerūt. In beelzebub
pricipe demoniorꝝ: eijcit demonia.
C Et alij temptātes: ſignū de celo que-
rebāt ab eo. Ipſe aũt vt vidit cogi
tationes eorꝝ: dixit eis. Omē regnum
in ſeipſū diuiſū deſolabitur et domus
ſupra domū cadet. Si aũt ⁊ ſatha
nas in ſeipſū diuiſus eſt: quomodo
ſtabit regnū ipſius: q2 dicitis i beel-
zebub eijcere me demonia? Si aũt
ego in beelzebub eijcio demonia: fi
lij veſtri i quo eijciunt? Ideo et ipſi
iudices vr̄i erunt. Porro ſi i digito
dei eijcio demonia: pfecto peruenit
in vos regnum dei. Cum fortis ar-
matus cuſtodit atriū ſuum: i pace
ſunt ea q poſſidet. Si aũt fortior il
lo ſuperueniēs vicerit eū: vniuerſa
arma eius auferet i qbus ↄfidebat
et ſpolia eius diſtribuet. Qui nō eſt
mecū: aduerſum me eſt. Et q nō col
ligit mecū diſpgit. Cū imūd⁹ ſpūs
exierit ab hoīe: ambulat p loca a-
quoſa querens requiem et nō inue-
niens dicit. Reuertar in domū me-
am: vnde exiui. Et cū venerit: inue- D
nit eā ſcopis mundatā. Tunc vadit
⁊ aſſumit ſeptem alios ſpirit⁹ ſecū
nequiores ſe: et igreſſi habitāt ibi.
Et fiunt nouiſſima hominis illi⁹:
peiora prioribus. Factū eſt autem
cum hec diceret: extollēs vocē que-
dam mulier de turba dixit illi. Bea
tus venter qui te portauit: et vbe-
ra que ſuxiſti. At ille dixit. Quinim
mo. Beati qui audiunt verbū dei:
et cuſtodiunt illud. Offertorium.
Iuſticie domini recte letificantes cor- Ps.18
da et dulciora ſuper mel et fauū: nam
et ſeruus tuus cuſtodiet ea. Secreta
SUſcipe qſ dñe deuotorꝝ mune-
ra famulorꝝ: ⁊ tua diuinis pu
rifica ſeruiētes pietate myſterijs q-
b⁹ etiā iuſtificas ignorātes. P. Cō.
Paſſer inuenit ſibi domū/ ⁊ turtur ni Ps.83
dum vbi reponat pullos ſuos: altaria
tua dñe virtutū rex me⁹ et deus meus:
beati qui habitāt in domo tua in ſecu
lū ſeculi laudabūt te. Poſtcōmunio.
A Cūctis nos dñe reatib⁹ ⁊ pi-
culis ppiciat⁹ abſolue quos
tanti myſterij tribuis eſſe pticipes. P.
C Feria ſcđa. Ad miſſam. Officiū.
IN deo laudabo Ps.55.
verbū/ i dño lau
dabo ſermonem
i deo ſperaui: nō
timebo qđ faciat
michi homo. Ps.
Miſerere mei deus qm̄ cōculcauit me
homo: tota die ipugnās tribulauit me
Flectamus genua leuate. Oratio
COrdibus nr̄is qs dñe grām
tuā benignus infunde: vt ſi
cut ab eſcis carnalibus abſtinem⁹:

ita ſenſus quoqꝫ noſtros a noxijs retrahamus
exceſſib⁹. Per dñm nr̃m
4.c.5 ieſum chriſtũ. ¶ Lectõ libri regum.

IN diebus illis: Naamã princips
militie regis ſyrie: erat
vir magn⁹ apd̃ dñm ſuũ et honoratus.
Per illũ enĩ dedit dñs ſalutem
ſyrie. Erat aũt vir fortis et diues:
ſed leproſus. Porro de ſyria egreſſi
fuerãt latrũculi/ et captiuã duxe
rãt de terra iſrael puellã paruulaꝫ:
q̃ erat in obſequio vxorꝭ naaman.
Que ait ad dñam ſuã. Utinam fuiſſet
dñs me⁹ ad ꝓphetã qui eſt in ſamaria:
ꝑfecto curaſſet eum a lepra
B quã habet. Ingreſſus eſt itaqꝫ naa
mã ad dñm ſuũ: ⁊ nũciauit ei dicẽs
Sic ⁊ ſic locuta eſt puella: de terra
iſrael. Dixitqꝫ ei rex ſyrie. Uade/ et
mittã litteras ad regem iſrael. Qui
cũ ꝓfect⁹ eſſet ⁊ tuliſſet ſecũ decem
talẽta argẽti: ⁊ ſex milia aureos et
decẽ mutatoria veſtimentoꝝ/ detu
lit litteras ad regẽ iſrael ĩ hec v̾ba.
Cũ acceperis epiſtolã hãc: ſcito ꝙ
miſerĩ ad te naamã ſeruum meũ vt
cures eũ a lepra ſua. Cumqꝫ legiſſet
rex iſrael lr̃as: ſcidit veſtimẽta ſua
⁊ ait. Nũquid deus ego ſũ vt occidere
poſſim ⁊ viuificare: q2 iſte miſit
ad me vt curẽ hominem a lepra
C ſua? Aduertite ⁊ videte: quot occaſiões
q̃rat aduerſũ me. Quod cũ
audiſſet helyſeus vir dei ſcidiſſe videlicet
regẽ iſrael veſtimenta ſua:
miſit ad eum dicẽs. Cur ſcidiſti veſtimenta
tua? Ueniat ad me: et ſciat
prophetã eſſe in iſrael. Uenit ergo
naamã cũ eq̄s ⁊ curribus: ⁊ ſtetit
ad oſtium domus helyſei. Miſit
qꝫ ad eũ helyſe⁹ nunciũ: dicẽs. Uade/
et lauare ſepties ĩ iordane: et re
cipiet ſanitatẽ caro tua/ atqꝫ mun
daberis. Iratuſqꝫ naaman: recedebat
dicẽs. Putabã ꝙ egrederet̃
ad me et ſtans inuocaret nomẽ domini
dei ſui: et tangeret manu ſua
locũ lepre ⁊ curaret me. Numq̇d nõ D
meliores ſunt abana ⁊ pharfar flu
uij damaſci/ oĩbus aq̄s iſrael vt la
uer ĩ eis ⁊ munder? Cũ ergo vertiſ
ſet ſe et abiret ĩdignãs acceſſerunt
ad eũ ſerui ſui ⁊ locuti ſũt ei. Pater
⁊ ſi rẽ grãdẽ dixiſſet tibi propheta:
certe facere debueras. Quãto magis
q2 nũc dixit tibi: lauare ⁊ mundaberꝭ.
Deſcẽdit et lauit ĩ iordane
ſepties iuxta ſermonẽ viri dei: ⁊ re
ſtituta eſt caro ei⁹ ſicut caro pueri
paruuli: ⁊ mũdat⁹ eſt a lepra. Reuer
ſuſqꝫ ad virũ dei cũ vniuerſo comi
tatu ſuo: venit ⁊ ſtetit corã eo: ⁊ ait
Uere ſcio: ꝙ non ſit alius deus in
vniuerſa terra/ niſi tantum dominus
deus iſrael. Gr. Deus vitã meam p̄.55.
nunciaui tibi: poſuiſti lachrymas
meas in cõſpectu tuo. V. Miſerere michi
domine q̃m conculcauit me homo:
tota die bellãs tribulauit me. Tract⁹.

DOmine non ſcd̃m pctã noſtra q̃ p̄ 102
fecim⁹ nos/ neqꝫ ſecundũ iniq̃tates
nr̃as retribuas nobis. verſus.
Domine ne memineris iniquitatũ nr̃arum p̄.73
antiquaꝝ/ cito anticipẽt nos mĩe
tue/ quia pauperes facti ſumus nimis.
Hic non fiat genuflexio cum dr̃. V.
Adiuua nos deus ſalutaris noſter/ et i coꝛ
propter gloriam nois tui domine libera
nos/ et propici⁹ eſto pctĩs noſtris ꝓ
pter nomen tuum. Secundũ lucam.

IN illo tpe: Dixerũt phariſei 4.c.
ad ieſũ. Quãta audiuim⁹ facta D
ĩ capharnaũ: fac et hic ĩ patria
tua. Ait aũt. Amẽ dico vobis: q2 ne
mo ꝓpheta accept⁹ eſt ĩ patria ſua
In veritate dico vobꝭ: multe vidue
erãt in dieb⁹ helye in iſrael quãdo
clauſũ eſt celũ ãnis trib⁹ ⁊ mẽſibus
ſex/ cũ facta eſſet fames magna in
oĩ terra. Et ad nullã illaꝝ miſſ⁹ eſt
helyas niſi in ſareptam ſydonie ad
mulierem viduã. Et multi leproſi C

erant in iſrael ſub helyſeo ꝓpheta
⁊ nemo eoꝝ mūdatꝰ eſt niſi naamā
ſyꝛus. Et repleti ſunt omnes in ſy-
nagoga ira: hec audientes. Et ſur-
rexerunt et eiecerūt illum extra ci-
uitatem: et duxerunt illum vſqꝫ ad
ſupercilium montis/ ſuper quē ci-
uitas illoꝛum erat edificata vt pre-
cipitarent eum. Ipſe autem tran-
ſiens per medium illoꝝ ibat. Offer.
ṗ.54 Exaudi deus oꝛationem meam ⁊ ne de-
ſpexeris depꝛecationem meam: inten-
de in me et exaudi me. Vſus. Contur-
batus ſum a voce inimici et a tribula-
tione peccatoꝛis/ et expectabam eum
qui ſaluum me faceret. Secreta.
Munꝰ qđ tibi dñe nr̄e ſeruitu-
tis offerimꝰ: tu ſalutare no-
bis perfice ſacramētū. P. do. Colo.
ṗ.13. Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael: cū
ṗ.52 auerterit dñs captiuitatē plebis ſue: ex
ultabit iacob ⁊ letabitur iſrael. Poſtcō.
Perfecta qs omps ⁊ miſericoꝛs
deus: vt q̄ oꝛe ꝯtigimꝰ: pura
mēte capiamꝰ. P. do. Super ppl'm.
Humiliate capita veſtra deo. Or.
Subueniat nobis qs dñe miā
tua vt ab imminentibus pec-
catoꝛum noſtroꝝ periculis te me-
reamur pꝛotegente eripi/ te liberā-
te ſaluari. Per dñm nr̄m ieſū xp̄m.
¶ Feria tercia. Ad miſſā. Officiū.
ṗ.16 Ego clamaui qm̄ ex-
audiſti me deꝰ: iclia
aurē tuā ⁊ exaudi
verba mea cuſtodi
me dñe vt pupillā
ocli ſub vmbꝛa ala-
rū tuaꝝ ꝓtege me.
Ps. Exaudi dñe iuſticiā meā: intende
depꝛecationē meā. Oremꝰ. Flecta. Or.
Exaudi nos ops et miſericoꝛs
deꝰ: ꝯtinētie ſalutarꝫ ꝓpiciꝰ
nobꝫ dona ꝯcede. Lctō libꝛi regū.
4.c.4 In diebus illis: Mulier que-
A dam clamabat ad helyſeum
pꝛophetam dicens. Seruus tuus
vir meus moꝛtuus eſt: ⁊ tu noſti qꝛ
ſeruus tuus fuit timens deum. Et
ecce creditoꝛ venit: vt tollat duos
filios meos ad ſeruiendū ſibi. Cui
dixit helyſeus. Quid vis vt faciam
tibi? Dic michi quid habes i domo
tua? At illa reſpondit. Non habeo
ancilla tua quicq̄ in domo mea: ni-
ſi parum olei quo vngar. Cui ait.
Vade/ et pete mutuo ab omnibus
vicinis tuis vaſa vacua non pau-
ca: et ingredere domum tuam/ et
claude oſtium cum intrinſecus fue-
ris tu et filij tui. Et mitte inde i om-
nia vaſa hec: et cum plena fuerint:
tolles. Iuit itaqꝫ mulier: et clauſit
oſtium ſuper ſe/ et ſuper filios ſu-
os. Illi offerebant vaſa: et illa in-
fundebat. Cumqꝫ plena fuiſſent va-
ſa: dixit ad filium ſuum. Affer mi-
chi adhuc vas. Et ille reſpōdit. Nō
habeo. Stetitqꝫ oleum. Venit au- B
tē illa: et indicauit homini dei. Et
ille. Vade (inquit) ⁊ vende oleum:
et redde creditoꝛi tuo. Tu autem ⁊
filij tui: viuite de reliquo. Gradale
Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ṗ.18
ab alienis parce ſeruo tuo. Vſus. Si
mei non fuerint dominati tunc imma-
culatus ero/ ⁊ emūdaboꝛ a delicto ma-
ximo. ¶ Secundum Matheum.
In illo tp̄e Reſpiciēs ieſus in 18.c.
diſcipulos ſuos: dixit ſymo- C
ni petro Si peccauerit in te frater
tuus: vade ⁊ coꝛripe eū īter te ⁊ ip-
ſum ſolū. Si te audierit: lucratus
eris fratrē tuū. Si aūt te nō audie-
rit adhibe tecū adhuc vnū vł duos
vt i oꝛe duoꝛum vel triū teſtiū ſtet
omne verbum. Quod ſi non audie- C
rit eos/ dic eccleſie. Si autem eccle-
ſiā nō audierit/ ſit tibi ſicut ethni-
cus et publicanus. Amen dico vo-
bis: q̄cūqꝫ alligaueritis ſup terrā
erūt ligata et i celo. Et quecūqꝫ ſol

veritis ſuper terram: erunt ſoluta et in celo. Iterū dico vobis/ quia ſi duo ex vobis cōſenſerint ſup terrā de omni re quācunqꝫ petierint: fiet illis a patre meo q̄ eſt in celis. Ubi enī ſunt duo vel tres congregati ī nomine meo: ibi ſum ī medio eorū. Tunc accedens petrus ad eū: dixit. Dn̄e / quotiēs peccabit ī me frater meꝰ: et dimittā ei vſqꝫ ſepties? Dixit illi ieſus. Non dico tibi vſqꝫ ſepties: ſed vſqꝫ ſeptuageſies ſepties.

p̄s.17 Offertorium. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me / non moriar ſed viuā ꝛ narrabo opera domini. Vꝰ. In tribulatione inuocaui dominum/ ꝛ exaudiuit me in latitudine quoniam dominus adiutor meus eſt. Secreta.

PEr hec veniat q̄s domine ſacramenta noſtre redemptionis effectꝰ: qui nos et ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: ꝛ ad ſalutaria cuncta pducat. p. Commū.

p̄s.14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in mōte ſancto tuo / qui ingreditur ſine macula et operatur iuſticiam. Poſtcommunio

SAcris dn̄e myſterijs expiati ꝛ veniā queſumꝰ cōſequamur et gratiam. per. Sup populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

TUa nos domine protectione defende: et ab omni ſemp iniquitate cuſtodi. Per dominū nrm̄.

¶ Feria quarta. Ad miſſam. Offm̄

p̄s.30 EGo autem in domino ſperaui: exultabo et letabor ī tua mīa q̄ reſpexiſti humilitatē meā. p̄s. In te domine ſperaui non confundar in eternum: in iuſticia tua libera me. Gloria patri et fi. Orēmꝰ. Flectamꝰ genu. Leuate. Or.

PReſta nobis dn̄e: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abſtinentes: propiciationē tuā facilius impetremus. Per dominum. ¶ Lectio libri exodi.

HEc dicit dominus deus. Honora 20.c.
patrē tuum ꝛ matrē tuam:
vt ſis longeuus ſuper terram/ C
quam dominus deus tuus dabit tibi.
Non occides/ non mechaberis/
non furtum facies: non loquerꝫ cōtra
proximum tuum falſum teſtimonium.
Non concupiſces domū proximi B
tui/ nec deſiderabis vxorem eius:
non ſeruum/ non ancillaꝫ/ nō
bouem/ nō aſinum/ nec omnia que
illius ſunt. Cunctus autem populus
audiebat voces/ ꝛ videbat lampades:
et ſonitum buccine/ montēqꝫ
fumigātem. Et perterriti ac pauore
concuſſi: ſteterunt procul dicentes
moyſi. Loquere tu nobis: ꝛ
audiemus. Non loquatur nobꝫ dominus
ne forte moriamur. Et ait
moyſes ad populum. Nolite timere.
Ut enim probaret vos venit deus:
et vt terror illius eſſet in vobis
et non peccaretis. Stetitqꝫ populus D
de longe: moyſes autem acceſſit
ad caliginem in qua erat deus.
Dixitqꝫ preterea dominus ad moyſem.
Hec dices filijs iſrael. Uos vidiſtis
qꝛ de celo: locutus ſum vobis
Non facietis deos argenteos: nec
deos aureos facietis vobis. Altare
de terra facietis michi/ et offeretis
ſuper illud olocauſta: et pacifica
veſtra. Oues veſtras: ꝛ boues in
omni loco: in quo memoria fuerit
nominis mei. Gradale. Miſerere p̄s 6
michi domine quoniam infirmꝰ ſum
ſana me domine. Uerſus. Conturbata
ſunt omnia oſſa mea et anima mea turbata
eſt valde. Tractus.

DE neceſſitatibus meis eripe me domine vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. V. Ad te domine leuaui animā meam deus meus in te confido nō erubeſcam/ neqꝫ irrideant me inimici mei.

ꝟ Etenim vniuerſi qui te expectāt nō confundentur: confundantur omnes facientes vana. Secundū matheū.

15.c. A In illo tpe: Acceſſerunt ad Jeſum ab hieroſolimis ſcribe et phariſei: dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorū? Non enī lauant manꝰ ſuas: cum panē manducāt. Ipſe autē reſpondēs: ait illis. Quare ⁊ vos trāſgredimini mādatū dei: propter traditionē veſtrā? Nā deus dixit. Honora patrē ⁊ matrē. Et q̄ maledixerit patri vł matri morte moriatur. Vos aūt dicitis: q̄cunq; dixerit patri vel matri munꝰ quodcūq; eſt ex me tibi ꝓderit et nō honorificabit patrē ſuū et matrē ſuā. Et irritū feciſtis mandatū dei: propter traditionē veſtrā. Hypocrite: bene prophetauit de vobis yſaias propheta dicēs. Populꝰ hic labijs me honorat: cor aūt eorū longe eſt a me. Sine cauſa aūt colūt me: docētes doctrinas ac mandata hominum. Et conuocatis ad ſe turbis: dixit eis. Audite ⁊ intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore / hoc coinquinat hominē.

B Tunc accedētes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis qꝛ phariſei audito hoc verbo: ſcandalizati ſunt. At ille reſpondēs: ait. Omnis plantatio quā nō plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt / duces cecorum. Cecus autē ſi ceco ducatum preſtet ambo in foueam cadunt. Reſpondens autem petrus: dixit ei. Ediſſere nobis parabolā iſtam. At ille dixit. Adhuc et vos ſine ītellectu eſtiſ. Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in ventrem vadit ⁊ in ſeceſſum emittitur. Que autē procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquināt hominem. De corde enī exeūt cogitatiōes male: homicidia adulteria / fornicatiōes / furta / falſa teſtimonia / blaſphemie. Hec ſūt q̄ coinq̄nāt hoīem. Nō lotis aūt manibꝰ mādūcare: nō coinq̄nat hoīez. Offer. Dñe fac mecū miām tuā ꝓpter nomē tuū: quia ſuauis eſt mīa tua. ꝟ. Deꝰ laudē meā ne tacueris: qꝛ os peccatoris et os doloſi ſup me apertū eſt. Secre. p 108

Suſcipe q̄s dñe preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua myſteria celebrantes ab omnibus nos defēde periculis. Per dñm. Cōio Notas michi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Poſtcommunio. p̄.15.

Sanctificet nos queſumus domine qua paſti ſumꝰ menſa celeſtis ⁊ a cūctis erroribus expiatos: ſupernis ꝓmiſſionibus reddat acceptos Per dominū. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Concede q̄s oīpotēs deus: vt qui ꝓtectionis tue grāz querimus: liberati a malis omibus / ſecura tibi mēte ſeruiamus. Per do.

¶ Feria quinta. Ad miſſam. Offi.

Salus populi ego ſū eccle dicit dominus: de vox quacūq; tribulati; ex p̄s one clamauerit ad ⁊ pro me exaudiam eos ⁊ ꝓhe ero illoꝝ dñs in perpetuū. p̄s Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram ī verba oris mei. Gloria patri. Oremꝰ. p̄ 77

Flectamus genua. Leuate. oratio

Concede q̄s oīpotēs deus: vt ieiunioꝝ nobis ſctā deuotio et purificationē tribuat ⁊ maieſtati tue nos reddat acceptos. per dominū. ¶ Lectio hieremie prophete.

7.c. A In diebus illis: Factꝰ eſt ſermo domini ad me dicēs. Sta ī porta domꝰ dñi: et predica ibi verbum iſtud / et dic. Audite verbū dñi

uis ſuis: q̄ ingredimini per portas
has vt adoretis dn̄m. Hec dicit dn̄s
exercituū de⁹ iſrl̄. Bonas facite vi
as vr̄as ⁊ ſtudia vr̄a: ⁊ hītabo vo-
biſcū in loco iſto. Nolite cōfidere i
vbbis mēdacij dicentes: tēplū dn̄i/
tēplū domini/templū dn̄i eſt. Quō
ſi benedixeritis vias vr̄as ⁊ ſtudia
vr̄a: ſi feceritis iudiciū inter vir̄ ⁊ p
ximū ei⁹: aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue
nō feceritis calūniā/nec ſāguinē i
B nocentē effuderitis in loco hoc. Et
poſt deos alienos nō ābulaueritis
in malū vobiſmetipſis: hītabo vo
biſcū in loco iſto/in terra quā dedi
pr̄ibus vr̄is/a ſeculo ⁊ i ſeculū. Di
cit dn̄s: oīpotens. Gr̄. Oculi omni
um in te ſperant domine: et tu das il-
lis eſcam in tempore oportuno. V̄ſus.
Aperis tu manū tuam: ⁊ imples omne
aial benedictione. Scd̄m iohānem.
6. ca. In illo tēpore: Dixit ieſ⁹ tur
bis iudeorū. Operamini nō ci
C bum qui perit: ſed qui permanet i
vitā eternā/ quā fili⁹ hoīs dabit vo-
bis. Hunc enim pater: ſignauit de
D. us. Dixerunt ergo ad eum. Quid
faciemus: vt operemur opera dei?
Reſpōdit ieſus: ⁊ dixit eis. Hoc eſt
opus dei: vt credatis in eū quē mi-
ſit ille. Dixerunt ergo ei. Quod er
go tu facis ſignū: vt videamus et
credam⁹ tibi? Quid operaris? Pa-
tres noſtri mānducauerūt manna i
deſerto (ſicut ſcriptum eſt) Panem
de celo dedit eis manducare. Dixit
ergo eis ieſus. Amen amen dico vo
bis: non moyſes dedit vobis panē
de celo/ ſed pater meus dat vobis
panē de celo verum. Panis enī dei
eſt qui deſcēdit de celo: ⁊ dat vitam
mundo. Dixerūt ergo ad eum. Do
mine ſemꝑ da nobis hūc panē. Di
xit autē eis ieſus. Ego ſum panis
vite. Qui venit ad me: non eſuriet
Et qui credit in me: nō ſitiet vnq̄

Offm. Si ambulauero i medio tribu- ps 137
lationis viuificabis me domine et ſu
per iram inimicorū meorum extendes
manū tuam: ⁊ ſaluum me fecit dextera
tua. V̄ſus. In quacūq₃ die inuocauero
te exaudi me domine: multiplicabis
in anima mea virtutē tuā. Secreta.
Hac nos domīe queſum⁹ ad ſā
cta myſteria purificatꝫ mēti
bus accedere: vt tibi ſēp cōpetēs de-
feram⁹ obſequiū. P. Cōio. Tu man ps 118
daſti mādata tua cuſtodiri nimis vti-
nam dirigantur vie mee ad cuſtodiē-
das iuſtificationes tuas. Poſtcōio.
Sacramēti tui domīe venerā-
da pceptio ⁊ myſtico nos mū
det effectu: ⁊ ꝑpetua vtute defēdat
P. do. Sup ppl̄m. Ore⁹. Hūiliate.
Subiectū tibi ppl̄m q̄ſum⁹ do
mine ꝓpiciatio celeſtꝫ āplifi
cet: ⁊ tuis ſēp faciat ſeruire māda-
tis. P. ¶ Feria. vi. Ad miſſā. Offm.
Fac mecū dn̄e ſignū ps. 85.
i bonū vt videant q̄
me oderūt ⁊ cōfūdāt
q̄m tu domīe adiu-
uiſti me ⁊ ɔſolat⁹ es
me. V̄. Inclina dn̄e au
rē tuā ⁊ exaudi me q̄m i coā
inops et pauper ſum ego. Oremus.
Flectamus genua leuate. Oratio.
Ieiunia nr̄a q̄s dn̄e benigno
fauore ꝓſequere: vt ſicut ab ali
mētis abſtinemus i corpe: ita a vi-
cijs ieiunem⁹ i mēte. Per dn̄m no-
ſtrū ieſū xp̄z. ¶ Lectō libri numeri.
In diebus illis. Conuenerūt
filij iſrael aduerſum moyſen 20. c.
⁊ aaron: ⁊ verſi i ſeditionē dixerūt A
Date nobis aquā: vt bibamus In
greſſiq₃ moyſes ⁊ aarō dimiſſa mul-
titudine ante tabernaculum fede-
ris: corruerūt proni in terram/ cla
maueruntq₃ ad dominum/ atq₃ di-
xerunt. Domine deus exaudi/ cla-
morem populi huius: et aperi eis

theſaurū tuū fōtē aque viue/ vt ſa
B tiati ceſſet murmuratio eoꝝ. Et ap
paruit glīa dñi ſup eos. Locutuſq;
eſt dñs ad moyſē dicēs. Tolle vir-
gā ⁊ ꝯgrega populū tu ⁊ aarō fra-
ter tuus: ⁊ loquimini ad petrā corā
eis/ ⁊ illa dabit aquas. Cūq; eduxe
ris aquā de petra: bibet oīs multi-
tudo ⁊ iumēta eiꝰ. Tulit igit moy-
ſes virgā que erat in cōſpectu do-
mini ſicut preceperat ei: ꝯgregata
q; omni multitudine āte petrā/ di-
xit eis. Audite rebelles: ⁊ icreduli.
Num de petra hac vobis aquā po-
terimꝰ eiicere: Cūq; eleuaſſet moy
ſes manū ꝑcutiēs virga bis ſilicē:
egreſſe ſunt aque largiſſime ita vt
populus biberet ⁊ iumēta. Dixitq;
dominus ad moyſē ⁊ aaron. Quia
non credidiſtis michi vt ſctifica-
retis me corā filijs iſrael: non intro
ducetis hos populos in terrā quā
dabo eis. Hec eſt aqua cōtradictio
nis: vbi iurgati ſunt filij iſrael cō-
tra dominum: et ſanctificatus eſt
ꝓ 27 in eis. Gradale. In deo ſperauit cor
meum et adiutus ſū/ et refloruit caro
mea/ et ex voluntate mea confitebor il
li. Verſꝰ Ad te domīe clamabo deꝰ meꝰ
ne ſileas a me/ ne diſcedas a me. Tr.
ꝓ 102 DOmine nō ſecūdū pctā noſtra
q̄ fecimus nos neq; ſecundum
iniq̄tates noſtras retribuas nobis. V.
ꝓ 73. Domīe ne memineris iniq̄tatū noſtraꝝ
ātiquaꝝ cito āticipēt nos mīe tue quia
paupes facti ſumꝰ nimis. Hic nō ſtāt
i coꝝ genuflexio cū dicit. Vꝰ. Adiuua nos
deꝰ ſalutaris noſter ⁊ propter gloriam
nominis tui domine libera nos et pro-
picius eſto pctīs noſtris propter nomē
tuum. ¶ Secundum iohannem
4 ca. IN illo tēpore Venit ieſus in
A ciuitatem Samarie que dici
tur ſychar iuxta prediū quod de-
dit iacob ioſeph filio ſuo. Erat au-
tem ibi fōs Iacob. Ieſus ergo fa-
tigatus ex itinere: ſedebat ſic ſuper
fontē. Hora autem erat: quaſi ſex-
ta. Venit mulier de ſamaria: hau-
rire aquam. Dixit ei ieſus. Da mi-
chi bibere. Diſcipuli eī eiꝰ abierāt
in ciuitatem: vt cibos emerent. Di
xit ergo ei mulier illa: ſamaritana
Quomodo tu iudeus cum ſis: bibe
re a me poſcis que ſum mulier ſa-
maritana? Non enim coutuntur
Iudei ſamaritanis. Reſpondit
B Ieſus: et dixit ei. Si ſcires donum
dei/ et quis eſt qui dicit tibi da mi-
chi bibere: forſitan petiſſes ab eo/
et dediſſet tibi aquam viuam. Di-
xit ei mulier. Domine/ neq; in quo
haurias habes: et puteus altus eſt
Unde ergo habes aquā viuā? Nū-
quid tu maior es patre noſtro Ia-
cob qui dedit michi puteum/ et ip-
ſe ex eo bibit et filij eius/ et pecora
eius? Reſpondit Ieſus: et dixit ei.
Oīs qui bibit ex aqua hac ſitiet ite
rum. Qui autē biberit ex aqua quā
ego dabo ei: non ſitiet in eternum.
Sed aqua quā ego dabo ei: fiet i eo
fons aque ſalientis in vitam eter-
nam. Dixit ad eum mulier. Domi
ne/ da michi hanc aquam/ vt nō ſi-
tiam: neq; veniam huc haurire. Di
xit ei Ieſus. Vade voca virum tu-
C um: et veni huc. Reſpondit ei mu-
lier: et dixit. Non habeo virum. Di
xit ei Ieſus. Bene dixiſti: quia non
habeo virum. Quinq; enim viros
habuiſti: et nunc quem habes non
eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Di-
xit ei mulier. Domine/ video quia
propheta es tu. Patres noſtri in
monte hoc adorauerunt: ⁊ vos di-
citis/ quia hieroſolymis eſt locus
vbi adorare oportet. Dixit ei Ie-
ſus. Mulier/ crede michi/ quia
venit hora quando neq; in monte
hoc/ neq; in hieroſolymis adora-
bitis patrem. Vos adoratis quod

neſcitis: nos adoramus quod ſci-
mus: quia ſalus ex iudeis eſt. Sed
venit hora ⁊ nunc eſt: quando veri
adoratores adorabunt patrem in
ſpiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater ta-
D les querit: qui adorent eum. Spiri-
tus eſt deus/ ⁊ eos qui adorãt eum
in ſpiritu ⁊ veritate oportet adora-
re. Dixit ei mulier. Scio/ quia meſ-
ſias venit: qui dicitur chriſtus. Cũ
ergo venerit: ille nobis annuncia-
bit omnia Dixit ei ieſus. Ego ſum
qui loquor tecum. Et continuo ve-
nerunt diſcipuli eius: et miraban-
tur quia cum muliere loquebatur.
Nemo tamen dixit ei. Quid queris
aut quid loqueris cum ea? Reliquit
ergo hydriam ſuam mulier: et abi-
it in ciuitatem/ et dixit illis homi-
nibus. Venite/ et videte hominem
qui dixit michi omnia quecunqꝫ fe-
ci. Nunquid ipſe eſt chriſtus? Exie-
runt ergo de ciuitate: et veniebant
ad eum. Interea rogabant eum di-
ſcipuli: dicentes. Rabbi manduca.
Ille autem dixit eis. Ego cibuꝫ ha-
beo manducare: quem vos neſcitis
Dicebant ergo diſcipuli ad inuicẽ
E Nunquid aliquis attulit ei man-
ducare? Dixit eis ieſus. Meus ci-
bus eſt/ vt faciam voluntatem eiꝰ
qui miſit me: vt perficiam opus eiꝰ
Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quat-
tuor menſes ſunt: et meſſis venit?
Ecce dico vobis leuate oculos ve-
ſtros et videte regiones quia albe
ſunt iam ad meſſem. Et qui metit
mercedem accipit: ⁊ congregat fru-
ctum in vitam eternam. Vt et qui
ſeminat ſimul gaudeat: et qui me-
tit. In hoc enim eſt verbum verũ:
quia alius eſt qui ſeminat/ et alius
eſt qui metit. Ego miſi vos mete-
re: quod non laboraſtis. Alii labo-
rauerunt: et vos in labores eorum
introiſtis. Ex ciuitate autẽ illa mul-
ti crediderunt in eũ ſamaritanorũ
propter verbum mulieris teſtimo-
nium perhibẽtis/ quia dixit michi
omnia quecunqꝫ feci Cum veniſſet F
ergo ad illum ſamaritani: rogaue-
runt eum vt ibi maneret. Et man-
ſit ibi duos dies. Et multo plures
crediderunt in eum propter ſermo
nem eius: et mulieri dicebãt/ quia
iam non propter tuã loquelam cre
dimus. Ipſi enim audiuimus ⁊ ſci
mus: quia hic eſt vere ſaluator mũ-
di. Offertorium. Intẽde voci oratiõis ꝑ. 5.
mee rex meus et deus meus/ quoniã ad
te orabo domĩe. vꝰ. Verba mea auribꝰ
percipe domine intellige clamorem me
um/ et exaudi me. Secreta.
Reſpice domine propicius ad
munera que ſacramꝰ/ vt ⁊ tibi gra
ta ſint/ et nobis ſalutaria ſemper
exiſtant. Per dominum noſtrũ ꝛc.
Communio. Qui biberit aquam quã iohã
ego do dicit dominus ſamaritane: fiet nis.
in eo fons aque ſalientis in vitam eter 4. c.
Huius (nam. Poſtcommunio. B
nos domine perceptio ſacra
menti mundet a crimine: ⁊ ad cele-
ſtia regna perducat. per dominum
noſtrum. Super populum. Oremꝰ
Humiliate capita veſtra deo. Oro
Preſta queſumꝰ omnipotens
deus/ vt qui in tua protectio
nẽ confidimus: cũcta nobis aduer-
ſantia te adiuuãte vincamus. Per
dominum. ❡ Sabbato. Officium.
Verba mea auribus perci ꝑs. 5
pe dñe/ itellige clamorez
meũ: itẽde voci oratiõis
mee ꝑs. Rex meus et deus ĩ eod
meus. Gloria patri et filio. Oremus.
Flectamus genua Leuate. Oratio
Preſta qs omnipotẽs deꝰ/ vt
qui ſe affligendo carnem ab
alimentis abſtinent: ſectando iuſti
ciam a culpa ieiunent. Per domi-
num. ❡ Lectio danielis prophete.

13.C. A IN diebus illis: Erat vir ī ba-
bilone:⁊ nomē eius ioachim
Et accepit vxoreꝫ nomine ſuſannā
filiam helchie:pulchram nimis et
timentem deum. Parentes autem
illius cum eſſent iuſti:erudierūt fi-
liam ſuam ſecundum legem moyſi
Erat autē ioachim diues valde:et
erat ei pomeriū viciniū domui ſue.
Et ad ipſum cōfluebāt iudei: eo ꝙ
eſſet honorabilior omniū. Et cōſti-
tuti ſūt duo ſenes iudices in anno
illo:de quibus locutus eſt dñs quia
egreſſa eſt iniquitas de babilone a
ſenioribus iudicibus qui videban-
tur regere populum. Iſti frequen-
tabant domum ioachim: et venie-
bant ad eos oēs qui habebant iudi-
cia. Cum autem populus reuertiſ-
ſet poſt meridiē:ingrediebatur ſu-
ſanna et deambulabat in pomerio
viri ſui. Et videbāt eam ſenes quo-
tidie ingredientem et deambulan-
tem:et exarſerunt in concupiſcen-
tiam eius. Et auerterunt ſenſum:
et declinauerūt oculos ſuos vt nō
viderēt celum/neq̄ recordarentur
B iudiciorum iuſtorū. Factum eſt au-
tem cum obſeruarent diem aptum
quādo eam poſſent inuenire ſolam
ingreſſa eſt aliquando ſicut heri/⁊
nudiuſtercius cū duab⁹ ſolis puel-
lis/voluitq̄ lauari in pomerio. E-
ſtus quippe erat. Et nō erat ibi q̄ſ-
q̄:preter duos ſenes abſconditos/
contēplantes eā. Dixit ergo puel-
lis. Afferte michi oleum et ſmigma-
ta:et oſtia pomerij claudite/ vt la-
C uet. Cum autem egreſſe eſſent puel-
le:ſurrexerunt duo ſenes/et accur-
rerunt ad eā/et dixerūt. Ecce oſtia
pomerij clauſa ſūt:et nemo nos vi-
det. Quamobrē aſſentire nobis:et
commiſcere nobiſcum. Quod ſi no-
lueris dicemus teſtimoniū contra
te:ꝙ fuerit tecū iuuenis ⁊ ob hanc
cauſam emiſeris puellas a te. Inge-
muit ſuſanna:et ait. Anguſtie mi-
chi ſunt vndiq̄. Si enim hoc egero
mors michi eſt:ſi autem non egero
non effugiā manus veſtras. Sꝫ me-
lius michi eſt abſq̄ opere incidere ī
manus veſtras:q̄ peccare in ꝯſpe-
ctu domini. Et exclamauit voce ma-
gna ſuſanna. exclamauerunt aūt ⁊
ſenes aduerſus eā. Cū aūt audiſſēt
clamorē in pomerio famuli dom⁹:
irruerunt per poſticum vt viderēt
quidnā eſſet. Poſtq̄ aūt ſenes locu-
ti ſunt:erubuerunt ſerui vehemen-
ter/q2 nunq̄ dict⁹ fuerat ſermo hu-
iuſcemodi de ſuſanna. Et facta eſt
D dies craſtina. Cumq̄ veniſſet popu-
lus ad virū ei⁹ ioachim:venerūt ⁊
duo preſbyteri pleni iniqua cogita-
tione aduerſus ſuſannā: vt interfi-
cerent eā. Et dixerunt corā populo
Mittite ad ſuſannam filiā helchie:
vxorē ioachī. Et ſtatī miſerunt. Et
venit cū parētib⁹ et filijs:⁊ vniuer-
ſis cognatis ſuis. Flebant igit̄ ſui:
⁊ oēs qui nouerūt eā. Conſurgētes
aūt duo preſbyteri in medio popu-
li:poſuerūt manus ſuas ſup̄ caput
eius. Que flens:ſuſpexit ad celum.
Erat autē cor ei⁹:fiduciā habēs in
dño. Et dixerunt preſbyteri. Cū de-
ambularemus in pomerio ſoli:in-
greſſa eſt hec cū duabus ſolis puel-
lis/⁊ clauſit oſtia pomerij/⁊ dimi-
ſit a ſe puellas. Venit itaq̄ ad eam
adoleſcens qui erat abſcōdit⁹:⁊ cō-
E cubuit cum ea. Porro noſcum eſſe-
mus ī angulo pomerij vidētes ini-
quitatē cucurrim⁹ ad eos/et vidi-
mus eos pariter cōmiſceri. Et illū
quidē nequiuimus cōprehēdere:q2
fortior nobis erat/ et aperto oſtio
exiliuit. Hāc autē cum apprehēdiſ-
ſemus:interrogauimus q̄ſnā eſſet
adoleſcēs/et noluit indicare nobis.
Huius rei teſtes ſumus. Credidit

eis multitudo quaſi ſenibus et iudicibꝰ populi: et ꝯdẽnauerũt eã ad mortem. Exclamauit autẽ voce magna suſãna: ⁊ dixit. Deus eterne q abſcõditorũ es cognitor: qui noſti oĩa anteq̃ fiãt: tu ſcis qm̃ falſũ contra me tulerũt teſtimoniũ. Et ecce morior cũ nichil horũ fecerĩ: q̃ iſti malicioſe cõpoſuerunt aduerſũ me Exaudiuit autẽ dñs: vocẽ eius. Cũq; duceretẽ ad mortẽ: ſuſcitauit deꝰ ſpiritũ pueri iunioris cui nomẽ daniel. Et exclamauit voce magna Mũdus ego ſũ: a ſãguine huiꝰ. Et cõuerſus oĩs populus ad eũ: dixit. Quis eſt ſermo iſte / quem tu locutus es? Qui cũ ſtaret in medio eorũ: dixit. Sic fatui filij iſrael nõ iudicantes / neq; qd verũ eſt cognoſcẽtes: cõdẽnaſtis filiã iſrael. Reuertimini ad iudiciũ: q2 falſũ teſtimoniũ locuti ſunt aduerſꝰ eã. Reuerſus eſt ergo ppl's cũ feſtinatione: ⁊ dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicẽ procul: et diiudicabo eos. Cũ ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnum de eis / ⁊ dixit ad eũ. Inueterate dierũ malorũ: nũc venerunt pctã tua / q̃ opabaris priꝰ / iudicãs iudicia iniuſta / innocẽtes opprimens / ⁊ dimittẽs noxios / dicente dño. Innocẽtẽ ⁊ iuſtũ: nõ interficies. Nũc ergo ſi vidiſti eã: dic ſub qua arbore vidriſ eos colloquẽtes ſibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autem daniel Recte mẽtitꝰ es: in caput tuũ. Ecce enĩ angelꝰ dñi accepta ſententia ab eo: ſcidet te mediũ. Et amoto eo iuſſit venire aliũ / ⁊ dixit ei. Semẽ chanaã ⁊ nõ iuda ſpecies decepit te B et cõcupiſcentia ſubuertit cor tuũ Sic faciebatis filiabus iſrael: et ille timẽtes loq̃bãtur vobis. Sz non filia iuda: ſuſtinuit iniquitatẽ veſtram. Nũc ergo dic michi ſub qua arbore cõphenderis eos: loquẽtes ſibi. Qui ait Sub pino. Dixit autẽ ei daniel. Recte mẽtitus es ⁊ tu: in caput tuũ. Manet enĩ ãgelus dñi gladiũ habẽs / vt ſecet te medium ⁊ interficiat vos. Exclamauit itaq; oĩs cetꝰ voce magna: et bñdixerũt deũ q ſaluat ſperãtes in ſe. Et ꝯſurrexerũt: aduerſus duos p̄ſbyteros (Cõuicerat enim eos daniel ex ore ſuo: falſũ dixiſſe teſtimoniũ) Feceruntq; eis ſicuti male egerãt aduerſus primã: et interfecerũt eos. Et ſaluatus eſt ſãguis inoxiꝰ: ĩ die illa.

Grad. Si ambulem in medio vmbre p.22 mortis non timebo mala qm̃ tu mecũ es domine. Vꝰ. Virga tua et baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. i eod S. iohã.

In illo tp̄e: Perrexit ieſus in mõtẽ oliueti: ⁊ diluculo iterum 8.c. A venit in tẽplũ. Et oĩs populus venit ad eũ: ⁊ ſedens docebat eos. Adducũt autẽ ſcribe et pharisei mulierẽ in adulterio dep̄hẽſã: et ſtatuerũt eã ĩ medio / et dixerũt ei. Magiſter hec mulier modo deprehenſa eſt: in adulterio. In lege autẽ moyſes mãdauit nobis: huiuſmodi lapidare. Tu ergo qd dicis. Hoc autẽ dicebãt tentãtes eũ: vt poſſent accuſare eũ Ieſus autẽ ĩclinãs ſe deorſũ: digito ſcribebat in terra. Cũ autẽ pſeuerarẽt interrogãtes eũ: erexit ſe et dixit eis. Qui ſine pctõ eſt veſtrũ: primꝰ ĩ illã / lapidẽ mittat. Et iterũ ſe ĩclinãs: ſcribebat in terra. Audientes autẽ hec: vnꝰ poſt vnum exibãt incipiẽtes a ſenioribꝰ. Et remãſit ſolus ieſus: ⁊ mulier in medio ſtãs. Erigens autẽ ſe ieſus: dixit ei. Mulier / vbi ſunt qui te accuſabãt? Nemo te condemnauit Que dixit. Nemo domine. Dixit autẽ ei ieſus Nec ego te cõdẽnabo. Vade / et iam amplius noli peccare.

Offertorium. Greſſus meos dirige ſ. vz eloquiũ tuũ: p 116 vt nõ dñetur mei oĩs iniuſticia dñe. Vꝰ.

Declaratio ſermonū tuorum illuminat
& intellectum dat parvulis. Secreta.
Efficiat hec hoſtia dñe ſolen-
nitatib⁹ grata ieiuniis: & ut
tibi fiat acceptior/purificatis mē-
Jo.8 tib⁹ immolet. p. Com. Nemo te cõdem
B navit mulier nemo domine nec ego te cō
dēnabo/iā ãplius noli peccare. Poſtco.
Queſumus omnipotens de⁹/ut inter ei⁹
membra numeremur: cuius
corpori cõicavim⁹ & ſanguini: ieſu
xp̄i filii tui dñi nr̃i. Qui tecū. Sup
pplm Oremus. Humiliate ca. Or.
Pretende dñe fidelib⁹ tuis dex-
terā celeſtis auxilii: ut te to-
to corde perquirant: et q̄ digne po-
ſtulāt cõſequi mereant. per domi.
Dñica media quadrageſime. offm.
Vox Letare hieruſalez et
eccle conventū facite oēs q̄
ex e- diligitis dñz: gaude-
ſtate: te cū leticia q̄ i triſti-
viti. cia fuiſtis: ut exultetis
Cõ p̄ & ſatiemini ab ube-
121. rib⁹ cõſolationis vr̃e.
p̄ 129 Ps. Letat⁹ ſum in his que dicta ſunt mi-
chi i domū domini ibimus. Or.
Concede q̄s omnipotens de⁹/ut qui ex
merito nr̃e actionis affligimur: tue
grē cõſolatiõe reſpiremus. p. Ad gala.
4.c. Fratres: Scriptum eſt: quo-
D niā abraham duos filios ha-
buit. Unum de ancilla: & unū de li-
bera. Sz qui de ancilla: ſcdm carnē
natus eſt. Qui autē de libera: per re
promiſſionē: que ſūt per allegoriā
dicta. Hec enim ſunt duo teſtamen
ta. Unū quidē i mõte ſyna in ſervitu
tem generans: que eſt agar. Syna
enim mons eſt in arabia: q̄ cõiunct⁹
eſt ei q̄ nūc eſt hieruſalē: & ſervit cū
filiis ſuis. Illa autē que ſurſum eſt
hieruſalē libera eſt: q̄ eſt mater no-
ſtra. Scriptū eſt enī Letare ſterilis
que nõ paris: erumpe & clama q̄ nõ
parturis/q2 multi filii deſerte ma-
gis q̄ eius que habet virum. Nos
autē fratres: ſcdm yſaac promiſſio-
nis filii ſum⁹. Sed quomodo tūc is
qui ſcdz carnē nat⁹ fuerat/perſeq-
batur eū q̄ ſcdm ſpm̄: ita & nūc. Sed
quid dicit ſcriptura? Ejice ancillā
et filiū eius. Nõ enī heres erit fili⁹
ancille: cum filio libere. Itaq3 fra-
tres/non ſumus ancille filii: ſed li-
bere. Qua libertate: chriſtus nos li
beravit. Gradale. Letatus ſum i his
que dicta ſūt michi: i domū domini ibi
mus. V. Fiat pax in virtute tua: & abū
dantia in turribus tuis. Tractus.
Qui confidunt in domino ſicut p̄.14
mons ſyon: non commovebitur
in eternum qui habitat in hieruſalem.
V. Montes in circuitu eius et domin⁹
in circuitu populi ſui ex hoc nunc et uſ-
q3 in ſeculum. Secūdū iohannem.
In illo tpe: Abiit ieſus trans 6.c.
mare galilee: qđ eſt tyberiadis A
Et ſequebatur eum multitudo ma
gna: q2 videbāt ſigna q̄ faciebat ſu
per his q̄ infirmabātur. Subiit ergo
in mõtem ieſus: et ibi ſedebat cum
diſcipulis ſuis. Erat autē proximū
paſcha: dies feſtus iudeorū. Cū ſub
levaſſet ergo oculos ieſ⁹/& vidiſſet
q2 multitudo maxima venit ad eū:
dixit ad philippū. Unde emem⁹ pa
nes ut mãducent hi? Hoc autē dice
bat: tentans eū. Ipſe enim ſciebat
quid eſſet facturus. Reſpõdit ei phi
lippus. Ducentorum denarior pa
nes non ſufficiunt eis: ut unuſq̄ſq3
modicū qđ accipiat. Dixit ei unus
ex diſcipulis eius: Andreas frater ſy-
monis petri. Eſt puer un⁹ hic q̄ ha
bet q̄nq3 panes ordeaceos: et duos
piſces. Sed hec qđ ſunt inter tantos?
Dixit ergo ieſ⁹. Facite hoīes diſcū- B
bere. Erat autē fenū multū in loco.
Diſcubuerūt ergo viri: numero qua
ſi quinq3 milia. Accepit ergo ieſus
panes: et cū gratias egiſſet/diſtri-

uult discūbētibus Similiter ⁊ ex pi
scibus quātū volebāt. Ut aūt iple
ti sūt: dixit discipulis suis. Collig
te q̄ supauerunt fragmēta ne pere
ant. Collegerūt ergo/et ipleuerūt
duodeci cophinos fragmentorum:
ex quinq̄ panibus ordeaceis q̄ sup
fuerūt his q̄ manducauerāt. Illi er
go hoīes cū vidissent qđ fecerat ie
sus signū: dicebāt. Quia hic est vere ꝓ
pheta: q̄ venturus est in mundum.

ps 134. Offm. Laudate dominū qꝛ benign⁹ est
psallite noī eius qm̄ suauis est: oīa que
cunq̄ voluit fecit ī celo ⁊ ī terra. Secr.

Annue nobis q̄s dn̄e: vt ⁊ di
uinis semꝑ solēnitatibus oc
cupemur: ⁊ mysterijs sacris mente
pariter congruamus et corpore. Per
dn̄m. Prefatio quotidiana. Cōio.

ps 121 Hierusalem que edificatur vt ciuitas:
cuius participatio eius ī idipsū: illuc eī
ascenderūt tribus tribus dn̄i/ad cōfitē
dum nomini tuo domine. Postcōio.

Da nobis quesum⁹ misericors
deus: vt sancta tua quibus ī
cessāter explemur: syncæris tracte
mur obsequijs/et fideli semꝑ mēte
sumamus. Per dominum nostrum.

¶ Feria scd̄a. Ad missam. Officiū.

ps.53. Deus ī noīe tuo sal
uū me fac/⁊ ī virtu
te tua iudica me: de
us exaudi orōnem
meā. ps. Quoniā a
lieni insurrexerūt ad
uersum me/ et fortes
quesierūt aīam meā. Oremus. Orō.

Presta q̄s oīps de⁹: vt obserua
tiōes sacras ānua deuotiōe re
colētes ⁊ corꝑe tibi placeam⁹ ⁊ mē
te. Per dominū. ¶ Lectio lib. regū

3.Re.3 In diebus illis: Venerūt due
mulieres meretrices ad regē
salomonem: steteruntq̄ coram eo.
Quarum vna ait Obsecro mi dn̄e/
ego ⁊ mulier hec hītabamus in do
mo vna: ⁊ peperi apd̄ eā ī cubiculo E
Tertia vero die postq̄ ego peperi/
pepit ⁊ hec. Et eram⁹ simul: nullus
q̄ alius ī domo nobiscū/exceptꝪ no
bis duab⁹. Mortu⁹ est āt filius mu
lierꝪ huius nocte: dormiēs q̄ppe op
pssit eū. Et cōsurgēs ītepeste noctꝪ
silētio: tulit filiū meū de latere meo
ancille tue dormiētꝪ/⁊ collocauit in
sinu suo. Suū autē filiū q̄ erat mor
tuus: posuit ī sinu meo. Cūq̄ surre
xissem mane vt darē lac filio meo:
apparuit mortuus. Quē diligēti⁹
ītuēs clara luce: dep̄hēdi nō esse me
um quē genuerā. Rn̄dit altera mu
lier. Nō est ita vt dicis: sed fili⁹ tu
us mortuus est/me⁹ aūt viuit. Ecō
trario/illa dicebat. Mētiris. Fili D
us quippe meus viuit: ⁊ filius tuus
mortuus est Atq̄ ī hūc modū cōtē
debāt: corā rege. Tunc rex ait. Hec
dicit. Filius meus viuit: et fili⁹ tu
us mortu⁹ est Et ita rn̄dit. Nō sed
filius tuus mortu⁹ est: me⁹ āt viuit.
Dixit ergo rex. Afferte michi gladi
um Cūq̄ attulissent gladiū corā re
ge: ait Diuidite īfantē viuū ī duas
partes: ⁊ date dimidiā partē vni et
dimidiā partē alteri Dixit āt muli
er cuius fili⁹ erat viu⁹: ad regē (Cō
mota sunt q̄ppe viscera eius/sup fi
lio suo) Obsecro dn̄e/date illi īfan
tē viuū: ⁊ nolite īterficere eū Ecō
trario illa dicebat. Nec michi nec
tibi sit: sed diuidatꝛ Rn̄dit rex: ⁊ ait.
Date huic infantē viuū: et non oc
cidatꝛ. Hec est enī mater eius. Audi
uit itaq̄ omnis israel iudiciū quod
iudicasset rex: ⁊ timuerūt regē. Vi
dētes sapiam dei esse in eo ad faciē
dum iudiciū. Gr. Esto michi in deū ps.30
protectorem et in locum refugii: vt sal
uum me facias. V. Deus in te speraui
domine non ꝯfundar ineternum. Tr.

Domine non scd̄m pctā nr̄a que ps102
fecimus nos: neq̄ secūdū iniquit-

tates nostras retribuas nobis. Vsus.

Ps.73 Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarum cito anticipēt nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cū dr. Vs. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Scdm iohannem.

2.Ca. In illo tēpore: Prope erat pascha iudeorū: et ascēdit ies9 hierosolymā. Et inuenit i tēplo vēdētes oues et boues et columbas et nūmularios sedētes. Et cum fecisset quasi flagellū de funiculis: oēs eiecit de tēplo: oues quoq3 et boues/ et nūmulariorū effudit es: et mēsas subuertit. Et his qui colūbas vēdebāt: dixit. Auferte ista hic et nolite facere domū patris mei domum negociationis. Recordati vero sūt discipuli eius: quia scriptū est zelus domus tue comedit me. Rñderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Quod signū ondis nob3 quia hec facis? Rñdit iesus: et dixit eis Soluite tēplū hoc: et i tribus dieb9 excitabo illud. Dixerunt ergo iudei Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat/ et crediderunt scripture et sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolymis in pascha i die festo: multi crediderunt i nomine eius videntes signa eius q̄ faciebat. Ipse aūt iesus non credebat semetipsū eis: eo q ipse nosset oēs/ et quia opus ei nō erat vt quis testimonium phiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Offi.

C

D

Ps.92 Iubilate deo ois terra/ iubilate deo omnis terra/ seruite domino in leticia: intrate in conspectu eius in exultatione quia dominus ipse est deus. Versus. Ipse fecit nos et non ipsi nos/ nos autē populus eius et oues pascue eius. Se.

Tuis dñe q̄s operare mysteriis/ vt hec tibi munera dignis mētibus offeramus. P dominū. Cōio.

Ab occultis meis munda me domine Ps.18, et ab alienis parce seruo tuo. Postcō.

Quos diuinis dñe reficis sacramētis: tuis q̄s subsequēta presidiis: et quos bñficiis temporalibus refoues: pasce perpetuis. P dominum. Sup pplm. Oremus. Humiliate. oro.

Deprecationē nrām q̄s dñe benignus exaudi: et qbus supplicādi p̄stas affectū: tribue defensionis auxiliū. P. Fe.iiij. Ad missā. Offi.

Exaudi deus orationē meā/ et ne despexeris deprecationē meam: intende in me et exaudi me. Ps.54 Ps. Cōtristat9 sū i exercitatiōe mea cōturbat9 sū a voce inimici ĩ eoꝝ

Oremus. Flectam9 genua. oro

Sacre nob3 q̄s domine obseruationis ieiunia: et pie cōuersationis augmentum/ et tue propiciationis continuum prestent auxilium. P dñm. Lectio libri exodi.

32.c. In diebus illis: Locut9 est dominus ad moysē dicēs Descende de mōte: quia peccauit ppls tu9 quē eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via: quā ostendisti eis. Feceruntq3 sibi vitulum conflatilē et adorauerunt: atq3 immolātes ei hostias/ dixerunt. Isti sunt dii tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq3 ait dñs ad moysen. Cerno q populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor meus contra eos/ et deleā eos/ faciāq3 te in gētē magnā. Moyses aūt orabat dominū deū suū dicēs. Cur domine irascitur furor tuus cōtra po

B

C

pulũ tuũ quẽ eduxiſti de terra egypti: in fortitudine magna et in manu robuſta? Ne q̃ſo dicant egyptii: callide eduxit eos vt interficeret in montibus/et deleret eos de terra. Quieſcat ira tua: ⁊ eſto placabilis ſup nequitia populi tui. Recordare abrahã/yſaac et iſrael ſeruorum tuorũ: quibus iuraſti p temetipſuꝫ dicẽs. Multiplicabo ſemẽ veſtrum ſicut ſtellas celi: et vniuerſam terrã hãc de qua locutus ſum dabo ſemini vr̃o/et poſſidebitis eã ſemper. Placatuſq; eſt dñs ne faceret malũ: qđ locut⁹ fuerat aduerſus pplm ſuum. Et miſertus eſt pplo ſuo: dñs p̃.43 de⁹ nr̃. Gr̃. Exurge dñe fer opem nobis/et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. V̾. Deus auribus noſtris audiuimus/patres nr̃i annũciauerũt nobis: opus qđ operat⁹ es in dieb⁹ eoꝝ/et in dieb⁹ antiquis. ¶ Secundum iohannem.

7.c. In illo tp̃e: Iam die feſto mediante aſcẽdit ieſus ĩ tẽplũ ⁊ docebat. Et mirabãtur iudei dicentes. Quõ hic lr̃as ſcit cũ non didicerit? Rñdit eis ieſ⁹: ⁊ dixit. Mea doctrina nõ eſt mea: ſꝫ ei⁹ q̃ miſit me. Si q̃s voluerit volũtatẽ ei⁹ facere cognoſcet de doctrĩa vtrũ ex deo ſit C an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loq̃t gl'iam ꝓpriã q̃rit. Qui autẽ q̃rit gloriã ei⁹ q̃ miſit illũ: hic verax eſt ⁊ iniuſticia ĩ illo nõ eſt. Nõne moyſes dedit vobis legẽ: ⁊ nemo ex vobis facit legẽ? Quid me q̃ritis interficere? Rñdit ei turba: et dixit Demoniũ habes. Quis te q̃rit interficere? Rñdit ieſus: ⁊ dixit eis. Vnũ op⁹ feci: ⁊ oẽs miramini. Propterea moyſes dedit vobis circuncisionẽ/ nõ qꝛ ex moyſe eſt ſꝫ ex pr̃ib⁹: ⁊ ĩ ſabbato circũcidit is hoĩem. Si circuncisionẽ accipit hõ ĩ ſabbõ vt nõ ſoluet lex moyſi: michi indignamini: qꝛ totũ hoĩem ſanum feci in ſabbato. Nolite iudicare ſcđm faciẽ: ſed iuſtũ iudiciũ iudicate. Dicebãt autẽ q̃dã ex hieroſolimis. Nõne hic eſt quẽ q̃rũt interficere? D Ecce palam loquit: et nichil ei dicũt. Nũquid vere cognouerũt principes qꝛ hic eſt xp̃s? Sed hũc ſcimus vnde ſit. Xp̃s aũt cũ venerit: nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docẽs in tẽplo ieſ⁹ et dicens. Et me ſcitis/et vnde ſim ſcitis: et a meipſo nõ veni: ſꝫ eſt verus qui miſit me quẽ vos neſcitis. Ego aũt ſcio eũ. Et ſi dixero qꝛ neſcio eum: ero ſimilis vobis mẽdax. Sed ſcio eũ: qꝛ ab ip̃o ſum/⁊ ip̃e me miſit. Querebãt ergo eũ apprehendere: et nemo miſit in illũ manus/quia nondũ venerat hora eius. De turba autẽ multi crediderũt in eũ. Offertorium. Expectans expectaui dñm et reſpexit me: et exaudiuit depre- p̃.39. cationẽ meam et immiſit in os meum canticum nouum hymnuꝫ deo noſtro. V̾ſus. Statuit ſupra petrã pedes meos et direxit greſſus meos. Secreta.

Fideliũ tuoꝝ dñe q̃s hoſtias ꝓpici⁹ intuere: vt qđ oblatũ ẽ p obſequũ/⁊ deuotoꝝ vota famuloꝝ tua poti⁹ ꝓpiciatiõe firmet. p. Cõ. Letabimur in ſalutari tuo et ĩ nomĩe dñi dei nr̃i magnificabimur. Poſtcõio. p̃.89

Proſit nobis q̃s dñe ſacer cibus potuſq; ſalutaris: ⁊ temporalem vitã muniat ⁊ preſtet eternã. Per. Sup pplꝫ. Humili. oratio.

Miſerere q̃s dñe populo tuo ⁊ continuis tribulationib⁹ laborantẽ: propicius reſpirare cõcede. per dñm. ¶ Feria.iiii. Officiuꝫ.

Dum ſctificat⁹ fuero ĩ vobis ꝯgregabo vos de vniuerſis terris et effũdã ſuper vos aquã mundã: et mũdabimi ab oĩb⁹ inq̃namẽtis vr̃is: ⁊ dabo vob̃ ſpm nouũ. Ezechiel 36 G p̃s. Bñdicam dñm ĩ oĩ tp̃e: ſemp laus eius ĩ ore meo. p̃s.33

¶Seqtur oro ſine. Dñs vobiſcuȝ.
ſed tñ cũ Oremus. Fle. genũ. Op.
DEus qui ꝛ iuſtis premia me-
ritoꝝ ꝛ peccatoribus per ie-
iunium veniã prebes: miſerere ſup
plicibus tuis: vt reatus noſtri con
feſſio/indulgentiam valeat perci-
pere delictorum. Per dominuȝ no-
ſtrum. ¶Lectio ezechielis propħe.
36.c. HEc dicit dñs deus. Sanctifi-
E cabo nomẽ tuũ magnum: vt
ſciant gẽtes qꝛ ego dñs/cũ ſanctifi
catus fuero in vobis corã eis. Tol-
lã quippe vos de gẽtibꝰ: ꝛ cõgregabo
vos de vniuerſis terris/et adducã
vos i trã veſtrã. Et effũdã ſup vos
aquã mũdã: ꝛ mũdabimini ab om-
nibus inquinamẽtis veſtris/et ab
vniuerſis ydolis veſtris mundabo
vos. Et dabo vobis cor nouũ: ꝛ ſpi
F ritũ nouũ ponã in medio veſtri. Et
auferã cor lapideũ de carne veſtra:
et dabo vobis cor carneũ/ꝛ ſpiritũ
meũ ponã in medio veſtri. Et faciã
vt in preceptis meis ambuletis: ꝛ iu
dicia mea cuſtodiatis et operemini.
Et habitabitis i terra: quã dedi pa
tribus veſtris Et eritis michi i po
pulũ: ꝛ ego ero vobis in deũ. Dicit
p.35. dñs: omps. Gra. Venite filii audite
me/timorẽ dñi docebo vos. Ꝟ. Accedi-
te ad eum ꝛ illuminamini/et facies ve
ſtre non confundentur. Non repeta-
tur gr. ſed ſeqtur. Dñs vobiſcum.
Oremus. Flectamꝰ genũ. Leuate. Op
PReſta qs omps deꝰ/vt quos ie-
iunia votiua caſtigant: ipſa
quoq3 deuotio ſctã letificet vt ter-
renis affectibꝰ mitigatis: facilius
celeſtia capiamus. P. Sic dñr mẽo.
conſuete. ¶Lectio yſaye prophete.
1.c. B HEc dicit dñs deus Lauamini
mundi eſtote: auferte malũ co
gitationũ veſtrarũ ab oculis meis
Quieſcite agere pũerſe: diſcite be-
nefacere. Querite iudiciũ: ſubuẽni
te oppreſſo. Iudicate pupillo: defẽ-
dite viduã/et venite et arguite me
dicit dominus. Si fuerint peccata
veſtra vt coccinum: quaſi nix deal-
babuntur. Et ſi fuerint rubra qua-
ſi vermiculus: velut lana alba erũt.
Si volueritis ꝛ audieritis me: bo-
na terre comedetis. Dicit dominꝰ
omnipotens. Gradale. Beata gens p.73
cuius eſt dominus deus eoꝝ populus
quẽ elegit dominꝰ i hereditatẽ ſibi. Ꝟ.
Verbo domini celi firmati ſunt/et ſpũ
oris eius oĩs virtus eorum. Tractus.
DE neceſſitatibus meis eripe me
domine/vide humilitatẽ meam
et laborẽ meũ et dimitte oĩa pctã mea.
Ꝟ. Ad te dñe leuaui aĩam meã: deꝰ meꝰ
in te cõfido nõ erubeſcã/neq3 irrideãt
me inimici mei. Ꝟ. Etenim vniuerſi q̃ te ex
pectant nõ cõfunden tur/confundãtur
oẽs facientes vana. Scdm iohãnez.
IN illo tpe: Preteriens ieſus 9 ca.
vidit hoĩem cecũ a natiuita- A
te. Et interrogauerũt eũ diſcipuli
ſui. Rabbi q̃s peccauit hic aut parẽ
tes eiꝰ: vt cecus naſceret? Reſpõdit
ieſus. Neq3 hic peccauit neq3 parẽ-
tes eiꝰ: ſed vt manifeſtẽtur opa dei
in illo. Me oportet operari opa eius
qui miſit me: donec dies eſt. Venit
nox. q̃n nemo poteſt operari. Quã-
diu in mũdo ſũ: lux ſum mũdi. Hoc
cum dixiſſet: expuit i terrã/et fecit
lutũ ex ſputo ꝛ liniuit lutũ ſup ocu
los eiꝰ/et dixit ei. Vade/et laua in B
natatoria ſyloe: quod iterpretatur
miſſꝰ. Abijt ergo et lauit ꝛ venit vi
dẽs. Itaq3 vicini ꝛ qui viderant eũ
prius qꝛ mẽdicꝰ erat: dicebãt. Non
ne hic eſt qui ſedebat: ꝛ mẽdicabat?
Alii dicebant: qꝛ hic eſt. Alii autem
nequaq̃/ſed ſimilis eſt eiꝰ. Ille ve
ro dicebat: quia ego ſum. Dicebãt
ergo ei. Quõ aperti ſunt oculi tui?
Reſpondit. Ille homo qui dicitur
ieſus lutum fecit: et vnxit oculos

meos/& dixit michi/vade ad natatoriā
ſyloe/et laua. Et abij/& laui:
et video. Dixerūt ei. Ubi eſt ille? Ait
Neſcio. Adducunt eum ad phariſeos:
C q̄ cecus fuerat. Erat aūt ſabbatum
qn̄ lutum fecit ieſus & aperuit
oculos eius. Iteꝝ ergo interrogabāt
eū phariſei:quomodo vidiſſet.
Ille aūt dixit eis. Lutū poſuit michi
ſup oculos:et laui & video. Dicebāt
ergo:ex phariſeis quidā. Nō
eſt hic homo a deo:qui ſabbatū nō
cuſtodit. Alij autē dicebāt Quō poteſt
hō peccatoꝛ hec ſigna facere?
Et ſciſma erat īter eos Dicūt ergo
ceco iteꝝ. Tu q̄d dicis de eo: q̄ aperuit
oculos tuos? Ille aūt dixit:qꝛ
D ꝓpheta eſt. Nō crediderūt ergo iudei
de eo/qꝛ cecus fuiſſet & vidiſſet:
donec vocauerūt parētes eius q̄ viderat.
Et interrogauerūt eos dicētes.
Hic eſt filius veſter:quē vos dicitis
qꝛ cecus natus eſt? Quō ergo
nunc videt? Reſponderunt ei parētes
eius:et dixerunt Scimus quia
hic eſt filius noſter: et qꝛ cecus natus
eſt. Quomodo autē nunc videat
neſcimꝰ:aut q̄s eiꝰ aperuit oculos/
nos neſcimus. Ipſū iterrogate:
etatē habet. Ipſe de ſe loquatur
Hec dixerunt parentes eius:qm̄ timebāt
iudeos. Iā enī ꝯſpirauerāt
iudei/vt ſi q̄s eū cōfiteret̄ eſſe xp̄m
E extra ſynagogaꝫ fieret Propterea
parētes eius dixerūt:qꝛ etatem habet/
ipſū int͛rogate. Uocauerūt ergo
rurſū hoīem q̄ fuerat cecus & dixerūt
ei. Da gloriā deo Nos ſcimꝰ
qꝛ hic homo pctōꝛ eſt Dixit ergo ille.
Si pctōꝛ eſt neſcio: vnuꝫ ſcio qꝛ
cecꝰ cū eſſē modo video. Dixerūt ergo
illi. Quid fecit tibi:quō aperuit
tibi oclos. Reſpondit eis. Dixi vobis
iā: et audiſtis. Quid iteruꝫ vultis
audire? Nunquid & vos vultis
diſcipuli eius fieri? Maledixerunt
ergo ei: et dixerunt. Tu diſcipulus
illius ſis:nos aūt moyſi diſcipl'i ſumus
qꝛ moyſi locutꝰ eſt deus: hunc
autē neſcimus vnde ſit. Rn̄dit ille
hō: et dixit eis. In hoc ei mirabile
eſt/qꝛ vos neſcitis vnde ſit: et aperuit
oculos meos Scimꝰ aūt:quia
pctōꝛes deꝰ non audit. Sed ſi quis
dei cultoꝛ eſt/ & voluntatē eius facit:
hūc exaudit. A ſeculo nō eſt auditū:
qꝛ aperiat q̄s oculos ceci nati
Niſi eſſet hic a deo: nō poterat facere
q̄cq̄. Rn̄derunt et dixerūt ei In
peccatis natus es totꝰ: et tu doces
nos. Et eiecerunt eum foꝛas. Audiuit
G ieſus qꝛ eiecerunt eū foꝛas: & cū
inueniſſet eum dixit ei. Tu credis i
filium dei? Reſpondit ille: et dixit.
Quis eſt dn̄e/vt credā in eū? Et dixit
ei ieſus. Et vidiſti eum:et qui loquitur
tecū/ipſe eſt. At ille ait. Credo
dn̄e. Et ꝓcidēs adoꝛauit eū. Offer.
Benedicite gētes dominū deū noſtrū/ p̄s.65
et obaudite vocem laudis eius qui poſuit
animam meam ad vitam/et nō dedit
commoueri pedes meos:benedictꝰ
dominus qui non amouit depꝛecationem
meam et miſericoꝛdiā ſuam a me.
V. Iubilate deo oīs terra/pſalmū dicite
noī eiꝰ/date glīaꝫ laudi eiꝰ. Secre.

SUpplices te rogamꝰ oīps deꝰ
vt his ſacrificijs pctā noſtra
mundent̄:qꝛ tūc verā nobis tribuis
mentis & coꝛpoꝛis ſanitatem. ꝑ
dominū. Cōio Lutū fecit ex ſputo dominus iohā.
& liniuit oclos meos:& abij/ & laui 9. E
& vidi/& credidi deo. Poſtcōmunio.

SAcramēta q̄ ſumpſimꝰ dn̄e deꝰ
nr̄: & ſpūalibꝰ nos īſtruat alimētis/
& coꝛpoꝛalibꝰ tueant̄ auxiliis.
ꝑ. Sup ꝑpl'm Humiliate ca. Oro

PAteant aures tue miē domine
precibus ſupplicātiū:& vt
petentibus deſyderata concedas/
fac eos que tibi placita ſunt poſtulare.
ꝑ dominū ¶ Feria. v. Officiū

p̄104 Letetur coꝛ querẽtium dñm/ q̃rite dñz ⁊ ꝯfirmamini: q̃rite facẽ ei⁹ ſemꝑ. ps

i coꝝ Cõfitemini dño ⁊ inuocate nomẽ ei⁹ ãnũciate iñ gẽtes opa ei⁹

Oremꝰ. Flectamꝰ genua. Leua. Oꝛ

Preſta q̃s oĩs deꝰ: vt quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoq3 deuotio ſctã letificet vt terrenis affectibus mitigatis: faciliꝰ celeſtia capiamꝰ. p. ¶ Lectõ lib. regũ

4.c.4. In diebus illis Venit mulier ſunamitis ad heliſeũ ꝓphetã/

E i mõtẽ carmeli. Cũq3 vidiſſet eã vir dei de cõtra ait ad giezi puer3 ſuũ. Ecce ſunamitis illa. Vade i occurſu3 eius: ⁊ dic ei. Recte ne agitẽ circa te ⁊ circa vir3 tuũ/ ⁊ circa filiũ tuum? Que r̃ndit recte. Cũq3 veniſſet ad vir3 dei i mõtẽ apꝓhẽdit pedes eius Et acceſſit giezi: vt amoueret ea3. Et ait homo dei Dimitte eã: ala eni ei⁹: in amaritudĩe poſita eſt: ⁊ dñs celauit a me ⁊ non indicauit michi. Que dixit illi. Nunq̃d petiui filiũ a dño meo? Nunq̃d nõ dixi tibi: ne illudas me? Et ait ille ad giezi. Accinge lũbos tuos/ ⁊ tolle baculũ meum i manu tua/ ⁊ vade Si occurrerit tibi homo: non ſalutes eũ. Et ſi ſalutauerit te quiſpiã: nõ r̃ndeas illi ⁊ pones baculũ meu3 ſup faciem pueri. Porro/ mater pueri ait Viuit dñs/ ⁊ viuit ala tua: nõ dimittã te. Surrexit ergo: ⁊ ſecut⁹ eſt eã. Giezi aũt ꝓceſſerat añ eos ⁊ poſuerat baculũ ſup faciẽ pueri/ et nõ erat vox neq3 ſẽſ⁹ Reuerſuſq3 eſt giezi i occurſũ ei⁹: ⁊ nũciauit ei dicẽs

N. Non ſurrexit puer. Ingreſſ⁹ eſt ergo heliꝫeus domũ: ⁊ ecce puer moꝛtuus iacebat i lectulo eius Ingreſſuſq3 clauſit oſtium ſuper ſe et ſup puerum: et oꝛauit ad dominum Et aſcẽdit ⁊ incubuit ſup puerum poſuitq3 os ſuum ſuper os eius/ oc'los ſuos ſuper oculos eius/ manus ſuas ſuper manus eius. Et incuruauit ſe ſuper eum: et calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus: deambulabat in domo ſemel huc et illuc. Et aſcendit et incubuit ſuper puerum: et oſcitauit puer ſepties/ aperuitq3 oculos ſuos. At ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca ſunamitem hanc. Que vocata: ingreſſa eſt ad eum. Cui ait. Tolle filium tuũ. Venit illa/ et coꝛruit ad pedes eius: ⁊ adoꝛauit ſuper terram. Tulitq3 filium ſuum: et egreſſa eſt. Heliſeus vero reuerſus eſt in galgala. Gr.

p̄.71 Reſpice dñe in teſtamentum tuum: et animas pauperum tuoꝝ ne obliuiſcaris in finẽ. V. Exurge dñe et iudica cauſam meã: memoꝛ eſto oppꝛobꝛij ſeruoꝝ tuoꝝ. Secundũ iohannẽ.

5.ca. In illo tẽpoꝛe. Dixit ieſ⁹ turbis iudeoꝝ. Pater meus vſq3 modo operatur: ⁊ ego operoꝛ. Propterea ergo magis querebant eu3 iudei interficere: q2 nõ ſolum ſoluebat ſabbatum: ſed ⁊ patrẽ ſuũ dicebat deũ/ equalẽ ſe faciens deo. Reſpõdit itaq3 ieſus: ⁊ dixit eis. Amen amẽ dico vobi3: nõ poteſt filius a ſe facere quicq̃/ niſi q̃d viderit patre3 facientẽ. Quecunq3 eni ille fecerit hec ⁊ filius ſimiliter facit Pater eni diligit filiũ ſuum: ⁊ oĩa demõſtrat ei q̃ ipſe facit: ⁊ maioꝛa his demõſtrabit ei opa/ vt ⁊ vos miremini. n 9 Sicut enim pater ſuſcitat moꝛtuos ⁊ viuificat: ſic et filius quos vult viuificat. Neq3 eni pater iudicat quẽq̃ ſed oẽ iudiciũ dedit filio/ vt oẽs honoꝛificẽt filiũ ſicut honoꝛificãt patrẽ. Qui nõ honoꝛificat filiũ nõ honoꝛificat patrem qui miſit illu3 Amẽ amẽ dico vobis: q2 q̃ verbum meũ audit ⁊ credit ei qui miſit me/

habet vitā eternā: Et ī iudiciū non
veniet: ſed trāſiet a morte ī vitam.
8 Amē amē dico vobꝫ q2 venit hora et
nūc eſt qn̄ mortui audiēt vocē filij
dei/ et q̄ audierint viuent. Sicut eni
pater habet vitā ī ſemetipſo: ſic de
dit et filio vitā habere ī ſemetipſo.
Et poteſtatē dedit ei iudiciū facere
q2 filiꝰ hoīs eſt. Nolite mirari hoc
q2 venit hora in qua oēs qui in mo
numētꝫ ſūt audiēt vocē filij dei Et
ꝓcedēt qui bona fecerunt: in reſur
rectionē vite. Qui vero mala ege-
rūt: in reſurrectionē iudicij. Offer.
Domīe ad adiuuādū me feſtina: cōfū-
dantur omnes aduerſum me qui cogi-
p̄ 59. tant michi mala. verſus Expectans
expectaui dominum: et reſpexit me de
lacu miſerie et de luto fecis Secreta.

NUtrifica nos miſericors deꝰ:
vt eccl'ie tue preceſq̄ tibi gra
te ſint pia munera deferētes ſtāt ex-
piatꝫ mētibus gratiores. p. Cōio.
p̄ 70 Domīe mēorabor iuſticie tue ſoliꝰ deꝰ
docuiſti me a iuuētute mea et vſqꝫ ī ſene
ctā et ſeniū deꝰ ne derelinquas me. pꝰcō.

CEleſtia dona capientibꝰ q̄s
dn̄e nō ad iudiciū peruenire
patiaris q̄ tuis fidelibꝰ ad remedia
prouidiſti. Per. Sup pp̄lm. Oro

POpuli tui deus inſtitutor et
rector: pctā q̄bus impugnā-
tur expelle vt ſemper tibi placitus
et tuo munimine ſit ſecurus. Per.

¶ Feria ſexta. Ad miſſā Officium.

p̄.18 MEditatio cordꝫ mei ī conſpe
ctu tuo ſemper domīe: ad
iutor meꝰ et redēptor me-
ī eod us. Ps. Celi enarrant glori-
am dei: et opera manuum eius annun
ciat firmamentum. Flectamꝰ. Oro.

DEꝰ q̄ ineffabilibꝰ mūdū reno-
uas ſacramētꝫ: p̄ſta q̄s: vt ec
cl'ia tua eternis ꝓficiat inſtitutꝫ: et tē-
poralibus nō deſtituat auxilijs. per
dominum. ¶ Lectio libri regum.

IN diebus illis: Egrotauit fi- 3. ca.
lius mulierꝫ matriſfamilias 17. C
et erat lāguor fortiſſimꝰ/ ita vt nō
remaneret in eo halitꝰ. Dixit ergo
ad heliā. Quid michi et tibi vir dei?
Ingreſſꝰ es ad me: vt rememorarētur
iniq̄tates mee/ et interficeres filiū
meum? Et ait ad eā helyas. Da mi
chi filiū tuū. Tulitqꝫ eū de ſinu illiꝰ
et portauit eum ī cenaculū vbi ip-
ſe manebat. Et poſuit eū ſup lectū
ſuum: et clamauit ad dn̄m/ et dixit.
Dn̄e deꝰ meꝰ etiā ne viduā apd̄ quā
ego vtcūqꝫ ſuſtētor/ afflixiſti: vt i-
terficeres filiū eiꝰ? Et expandit ſe/
atqꝫ mēſꝰ eſt ſup puerū tribꝰ vicibꝰ
clamauitqꝫ ad dn̄m et ait. Dn̄e deꝰ
meꝰ reuertatur oro aīa pueri huiꝰ
in viſcera eiꝰ. Exaudiuit autē dn̄s
vocē helye: et reuerſa eſt aīa pueri i
tra eum/ et reuixit. Tulitqꝫ helyas
puerū: et depoſuit eū de cenaculo in
interiorē domū/ et tradidit illū mr̄i
ſue/ et ait illi. En viuit filiꝰ tuꝰ. Di
xitqꝫ mulier ad helyā. Nūc ī iſto co
gnoui qm̄ vir dei es tu: et verbū do-
mini in ore tuo verū eſt. Gradale.
Bonum eſt confidere ī dn̄o: q̄ cōfidere p̄ 117
ī hoīe. V. Bonum eſt ſperare in domio
q̄ ſperare in principibus. Tractus.

DOmine nō ſecundū peccata no p̄ 102
ſtra que fecimꝰ nos: neqꝫ ſecun-
dū iniq̄tates noſtras retribuas nobis
V. Domīe ne memineris iniq̄tatū no- p̄ 87
ſtrarū ātiquarum cito āticipēt nos mie
tue quia pauperes facti ſumus nimis
Hic non fiat genuflexio cum dr̄. V.
Adiuua nos deus ſalutaris noſter et p- ī eod
pter gloriam nominis tui domine libe
ra nos: et ꝓpiciꝰ eſto pctīs nr̄is propter
nomen tuum. Secundum iohannē.

IN illo tp̄e. Erat quidam lan 11. C.
guens lazarus a bethania de A
caſtello marie et marthe ſororeius
Maria āt erat q̄ vnxit dn̄m vnguē
to: et extersit pedes eiꝰ capillis ſuis

cuius frater lazarus infirmabatur.
Miſerunt ergo ſoꝛoꝛes eiꝰ ad eum
dicẽtes. Dñe/ecce quem amas: in-
firmat. Audiẽs aũt ieſꝰ: dixit eis. In-
firmitas hec nō eſt ad moꝛtẽ: ſed ꝓ
glĩa dei: vt glĩficeẽ filiꝰ dei ꝑ eā. Di
ligebat āt ieſꝰ marthā: & ſoꝛoꝛẽ eiꝰ
mariā/& lazarū. Ut ergo audiuit qꝛ
infirmabat: tūc quidẽ manſit i eo-
dẽ loco duobꝰ diebus. Deinde poſt
hec: dixit diſcipulis ſuis. Eamus i
iudeā: iterū. Dicũt ei diſcipuli. Rab
bi/nūc q̄rebāt te iudei lapidare: et
iterū vadis illuc? Reſpondit ieſus.
B Nōne duodeci ſũt hoꝛe diei? Si qs
ambulauerit i die non offendit: qꝛ
lucẽ huiꝰ mundi videt. Si aũt ãbu
lauerit i nocte/offẽdit qꝛ lux nō eſt
i eo. Hec ait: & poſt hec dixit eis. La
zarꝰ amicꝰ noſter doꝛmit: ſꝫ vado
vt a ſōno excitẽ eū. Dixerunt ergo
diſcipuli eiꝰ. Dñe/ſi doꝛmit: ſaluꝰ
erit. Dixerat aũt ieſus de moꝛte eiꝰ
illi aũt putauerũt qꝛ de doꝛmitiōe
ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis
ieſus manifeſte: lazarꝰ moꝛtuꝰ eſt:
et gaudeo ꝓpter vos vt credatis/
qm̄ nō erā ibi ſed eamꝰ ad eū. Dixit
ergo thomas qui dicitur didimus
ad condiſcipulos. Eamus & nos: &
moꝛiamur cum eo. Uenit itaqꝫ ieſꝰ
et iuenit eū quattuoꝛ dies iā in mo
C numento habentẽ. Erat aũt betha
nia iuxta hieroſolimā quaſi ſtadijs
quīdeci. Multi aũt ex iudeis vene
rant ad marthā et mariā: vt cōſo-
larẽtur eas de fratre ſuo. Martha
ergo vt audiuit quia ieſꝰ venit oc-
currit illi. Maria āt: domi ſedebat
Dixit ergo martha: ad ieſū. Domi
ne/ſi fuiſſes hic frater meꝰ nō fuiſ-
ſet moꝛtuꝰ. Sed & nūc ſcio: qꝛ q̄cū-
qꝫ popoſceris a deo/dabit tibi deꝰ.
Dixit illi ieſꝰ. Reſurget frater tuꝰ
Dixit ei martha. Scio qꝛ reſurget
i reſurrectiōe: i nouiſſimo die. Di-
xit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio: &
vita. Qui credit in me etiā ſi moꝛ-
tuus fuerit viuet. Et oīs q̄ viuit et
credit in me: nō moꝛietur i eternū D
Credꝭ hoc? Ait illi. Utiqꝫ dñe. Ego
credidi qꝛ tu es chꝛiſtus filiꝰ dei vi-
ui: q̄ in hūc mundū veniſti. Et cum
hec dixiſſet: abijt et vocauit mariā
ſoꝛoꝛem ſuā/ſilẽtio dicẽs. Magi-
ſter adeſt: et vocat te. Illa vt audi-
uit: ſurrexit cito & venit ad eū. Nō
dū enim venerat ieſus in caſtellū:
ſed erat adhuc i illo loco vbi occur-
rerat ei martha. Iudei ergo q̄ erāt
cum ea in domo et conſolabantur
eam: cū vidiſſent mariā qꝛ cito ſur-
rexit et exijt/ſecuti ſũt eā dicentes
qꝛ vadit ad monumẽtum vt ploꝛet
ibi. Maria ergo cū veniſſet vbi e-
rat ieſꝰ: videns eū cecidit ad pedes
eius/et dixit ei. Dñe/ſi fuiſſes hic:
non eſſet moꝛtuus frater meus. Ie
ſus ergo vt vidit eā ploꝛātem/& iu
deos qui venerant cum ea ploꝛan-
tes: infremuit ſpiritu & turbauit ſe
metipſū/et dixit. Ubi poſuiſtꝭ eū?
Dicunt ei. Dñe/veni: & vide. Et la E
chꝛymatus eſt ieſus. Dixerunt er-
go iudei. Ecce/quomodo: amabat
eum. Quidā aũt ex ipſis: dixerunt.
Nō poterat hic qui aperuit oclos
ceci nati facere: vt hic non moꝛere
tur. Ieſus ergo rurſum fremens i
ſemetipſo venit ad monumentum
Erat aũt ſpelũca: et lapis ſuperpo
ſitus erat ei. Ait ieſꝰ. Tollite lapi-
dem. Dixit ei martha: ſoꝛoꝛ eiꝰ qui
moꝛtuus fuerat. Dñe/iā fetet: qua
triduanus enim eſt. Dixit ei ieſus.
Nonne dixi tibi qꝛ ſi credideris: vi
debis gloꝛiam dei? Tulerunt ergo
lapidẽ. Ieſus autẽ eleuatꝭ ſurſum
oculis i celū: dixit. Pater gratias
ago tibi: qm̄ audiſti me. Ego autẽ
ſciebā qꝛ ſemꝑ me audis: ſed ꝓpter
pplm̄ qui circũſtat dixi vt credant

qꝛ tu me miſiſti. Hec cũ dixiſſet: voce
magna clamauit Lazare veni foras.
Et ſtatī ꝓdiit q̇ fuerat mortuꝰ
ligatus pedes ⁊ manꝰ inſtitis/ ⁊ facies
illiꝰ ſudario erat ligata. Dicit ei
ieſus. Soluite eum: et ſinite abire.
Multi ergo ex iudeis q̇ venerāt ad
mariā et marthā: et viderāt q̄ fecit
ps.17 ieſus crediderūt ī eū. Offer. Populū
hūilē ſaluū facies dñe: ⁊ oclos ſupborū
hūiliabis qm̄ q̄s deꝰ ꝑter te dñe. V. Clamor
meꝰ ī cōſpectu eius itroiuit ī aures eius. Se.

Munera nos dñe q̄s
oblata purificēt: ⁊ te nobꝫ faciāt
Io.10 iugit̄ eſſe placatū. P. Cōio. Videntes
dñs flentes ſorores lazari ad monumentū
lachrymatꝰ eſt corā iudeis et
clamabat: lazare/ veni foras ꝓdiit ligatis
manibus ⁊ pedibus qui fuerat quatriduanus
mortuus. Poſtcommunio

Hec nos q̄s dñe ꝑticipatio ſacramenti
et a proprijs reatibus
indeſinēter expediat: ⁊ ab omnibus
tueatur aduerſis. per dominū.
Sup populū. Humiliate capita. Or.

Da q̄s oīps deus: vt qui infirmitatis
nr̄e cōſcii de tua pietate
cōfidimꝰ: ſub tua ꝓtectiōe ſp̄ gaudeamꝰ.
p. Sabbō. Ad miſſā. Officiū.

eſaie 55.c. A Sitiētes venite ad
aquas dicit dñs: ⁊ q̇
non habetis preciū
venite ⁊ bibite
ps77 cum leticia. ps. Attendite
popule meus
legē meā: inclinate aurē
veſtrā ī verba oris mei. Flectamꝰ. Or.

Fiat q̄s dñe per gratiā tuam
fructuoſius noſtre deuotiōis
affectus: quia tūc nobis proderunt
ſuſcepta ieiunia/ ſi tue ſint placita
voluntati. Per dominum noſtrum
ieſum xp̄m. Lectio yſaie ꝓphete.

49.c. C Hec dicit dñs deꝰ. In tp̄e placito
exaudiui te: et in die ſalutis
auxiliatꝰ ſū tui. Et ſeruaui te/
et dedi te in fedꝰ ppl'i/ vt ſuſcitares
terrā/ ⁊ poſſideres hereditates diſſipatas:
vt diceres his q̇ vincti ſunt
exite/ et his qui in tenebris reuelamini.
Sup vias paſcent̄: et in oībꝰ
planis paſcue eorū. Nō eſurient neq̄
ſitiēt/ et nō ꝑcutiet eos eſtus ⁊ ſol:
qꝛ miſerator eorū reget eos ⁊ ad fōtes
aquaꝝ potabit eos. Et ponam
oēs montes meos in viā: et ſemite
mee exultabunt. Ecce iſti delonge D
venient: et ecce illi ab aq̇lone et mari/
et iſti de terra auſtrali. Laudate
celi ⁊ exultet terra: iubilate mōtes
laudem/ quia cōſolatus eſt dñs populū
ſuum/ et pauperū ſuorū miſerebitur.
Et dixit ſyō. Dereliq̇t me
dñs: et dñs oblitꝰ eſt mei. Nūquid
obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum:
vt non miſereat̄ filio vteri ſui?
Et ſi oblita fuerit: ego tamen non
obliuiſcar tui. Dicit dñs: oīps. Gr.

Tibi dñe derelictus eſt pauꝑ: pupillo ps.9
tu eris adiutor. V. Ut quid domine recessiſti: i eodē
longe deſpicis in oportunitatibus/
in tribulatione: dum ſuperbit impius
incenditur pauper. Secūdū iohānē. 8 ca.

In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ turbis
iudeorū. Ego ſum lux mundi B
Qui ſequit̄ me nō ambulat in tenebris:
ſed habebit lumē vite. Dixerūt
ergo ei pharisei. Tu de teipſo teſtimoniū
ꝑhibes: teſtimoniū tuū nō eſt verū.
Reſpondit ieſꝰ: ⁊ dixit eis. Et ſi
ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo:
verū eſt teſtimoniū meū/ qꝛ ſcio vnde
venio et quo vado. Vos autē neſcitis
vnde venio: aut quo vado.
Vos ſecundū carnē iudicatis: ego
non iudico quēq̄. Et ſi iudico ego
iudicium meū verū eſt/ qꝛ ſolus nō
ſum/ ſed ego et qui miſit me pater.
Et in lege veſtra ſcriptū eſt: qꝛ duorū C
hoīm teſtimoniū verū eſt. Ego
ſum qui teſtimonium perhibeo de
meipſo: et teſtimoniū ꝑhibet de me

qui misit me pat̃. Dicebãt ergo ei.
Ubi est pater tuꝰ? Rñdit iesꝰ. Neqꝫ
me scitꝫ: neqꝫ patrem meum. Si me
sciretꝫ: forsitã et patrẽ meũ sciretis.
Hec verba locutꝰ est iesꝰ ĩ gazophilatio
docẽs ĩ tẽplo. Et nemo apphẽdit
eũ: qꝛ necdũ venerat hora eiꝰ.
p̄7 Offm. Factꝰ est dominꝰ firmamẽtum
meũ et refugiũ meũ et liberator meus
sperabo ĩ eũ. V. Persequar inimicos meos
⁊ cõphẽdã illos ⁊ nõ convertar do-

Oblatiõibꝰ (nec deficiãt. Sec.
q̃s dñe placare susceptis: ⁊ ad
te nr̃as etiã rebelles cõpelle ꝓpiciꝰ
p̄22 volũtates. P. Cõio. Dominꝰ regit me
⁊ nichil michi deerit ĩ loco pascue ibi me
collocavit/ sup aquã refectionis educa-

Tua nos q̃s dñe (vit me. Pꝰ cõ.
q̃ sũpsimꝰ scẽtã purificẽt: ⁊ operatiõis
sue remedio te nobꝫ faciant
esse placatũ. P. Sup ppl'm. Hũiliate
capita vestra deo. Oro.

Deus q̃ sperãtibꝰ in te misereri
potius eligis q̃ irasci: da nobis
digne flere mala q̃ fecimus: vt tue
consolationis gratiam invenire valeamus.
Per dominum nostrum.

¶ Dñica in passione dñi. Officium

p̄44 Iudica me deus ⁊
discerne causam
meam de gẽte nõ
sancta ab homĩe
iniquo et doloso
eripe me: quia tu
es deus meus et fortitudo mea. Ps.
vbi Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam
ʒ. ipsa me deduxerunt et adduxerũt ĩ mõtẽ
sanctũ tuum/ et in tabernacula tua.
Ab hac die vsqꝫ ad pasch. nõ dicitur
Gloria patri. post officium ad missam
de temporali: nisi tantum ĩ die
cene quando ep̃s celebrat. Oratio.

Quesumus omnipotens deus
familiam tuam propicius respice
vt te largiẽte regatur ĩ corpore:
⁊ te servãte custodiatur ĩ mente

Per dominum nr̃m. Ad hebreos.

Fratres: Christus assistẽs põtifex 9.c.
futurorꝫ bonorum/ per C
amplius et perfectius tabernaculum
non manufactum: id est nõ huius
creationis/ neqꝫ per sanguinẽ
hircorꝫ/ aut vitulorũ/ sed ꝑ ꝓpriũ
sanguinem introivit semel in sancta
eterna redẽptiõe ĩventa. Si ei D
sanguis hircorum/ aut thaurorũ/
et cinis vitule aspsus ĩqnatos sanctificat
ad emũdationẽ carnis: q̃tomagis
sanguis xp̃i qui per spiritũ
sctm̃ semetipm̃ obtulit ĩmaculatũ
deo/ emũdabit cõsciẽtiã nostraꝫ
ab operibꝰ mortuis ad serviendum
deo viuẽti? Et ideo novi testamẽti
mediator est vt morte ĩtercedẽte/ ĩ
redẽptionẽ earũ prevaricationum
q̃ erãt sub priori testamẽto/ repromissionẽ
accipiant qui vocati sunt
eterne hereditatis. In christo iesu E
domino nostro. Gradale. Eripe me p̄141
domine de inimicis meis: doce me facere
voluntatem tuam. V. Liberator meus
domine de gentibus iracundis: ab ĩsurgentibus
in me exaltabis me/ a viro
iniquo eripies me. Tractus.

Sepe expugnaverũt me a iuuẽtute p̄s.2
mea. V. Dicat nũc israel: sepe expugnaverũt
me a iuuẽtute mea. V. Eteni
non potuerũt michi: supra dorsũ meũ
fabricaverũt peccatores. V. Prolõgaverũt
ĩiquitatẽ sibi: dominꝰ iustus cõcidet
cervices pctõrũ. Secũdũ iohãnẽ.

In illo tp̃e: Dicebat iesus turbis 8.c.
iudeorũ: et prĩcipibus sacerdotũ.
Quis ex vobis arguet me F
de pctõ? Si veritatẽ dico vobꝫ: quare
non vos creditis michi? Qui ex
deo est: verba dei audit. Propterea
nõ vos auditis: qꝛ ex deo non estis.
Rñderũt igitur iudei: et dixerũt ei.
Nonne benedicimus nos qꝛ samaritanus
es tu: et demonium habes?
Respõdit iesus. Ego demoniũ non

habeo: ſed honorifico patrẽ meũ/ ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego aũt nõ q̃ro gloriã meã: eſt q̇ q̃rat ⁊ iudicet Amẽ amẽ dico vobis: ſi q̇s ſermonẽ meũ ſeruauerit mortẽ nõ guſtabit ĩ eternũ. Dixerũt ergo iudei Nũc cognouim⁹: qꝛ demoniũ habes. Abrahã mortu⁹ eſt ⁊ ꝓphete ⁊ tu dicis ſi q̇s ſermonẽ meũ ſeruauerit/ mortẽ G nõ guſtabit ĩ eternũ. Nũq̇d tu maior es pr̃e nr̃o abrahã q̇ mortu⁹ eſt? Et ꝓphete mortui ſũt. Quẽ teipſũ facis? Rñdit ieſ⁹. Si ego glorifico meipſũ: gl̃ia mea nichil eſt. Et pat̃ meus q̇ gl̃ificat me: quẽ vos dicitꝭ qꝛ de⁹ veſter eſt ⁊ nõ cognouiſtꝭ eũ Ego aũt noui eũ. Et ſi dixero qꝛ neſcio eũ: ero ſimilis vobꝭ mẽdax. Sꝫ ſcio eũ: et ſermonẽ ei⁹ ſeruo. Abrahã pater veſter exultauit vt videret diẽ meũ: ⁊ vidit ⁊ gauiſ⁹ eſt. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondũ habes: ⁊ abraham vidiſti? Dixit eis ieſus. Amen amen dico vobis: anteq̃ȝ abraham fieret ego ſum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerent in eum. Ieſ⁹ autem abſcondit ſe: et exiuit de tem-
Ps 118 plo. Offertorium. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo/ retribue ſeruo tuo vt viuã et cuſtodiã ſermones tuos: viuifica me ſecũdũ v̄bũ tuũ dñe. Sec.

Hoſtias fideliũ tuorꝝ omĩps deus ꝓpici⁹ intuere et concede ne cathena ſeculi captiuos teneat quos paſſiõe filij tui in omnibus liberos eſſe voluiſti. Qui te. Prefa. quotid. Hac die dũ ſacerdos ſe cõi-
Luc. cat: cantetur hec Cõio. Hoc corpus
22 c. quod ꝓ vobis tradetur: hic calix noui
B teſtamẽti eſt ĩ meo ſãguie dicit dñs hoc facite quotienſcunq3 ſumitis in meam commemorationem. Poſtcõmunio.

Adeſto nobis q̃s dñe deus noſter ⁊ quos tuis myſterijs recreaſti: perpetuis defende preſidijs per dñm.

¶ Feria ſcd̃a. Officium.

Miſerere michi dñe qm̃ cõculcauit me hõ tota die bellãs tribulauit me. Ps. Cõculcauerũt me inimici mei tota die qm̃ multi bellãtes aduerſũ me. Nõ di. Gl̃a patri. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Sanctifica q̃s dñe nr̃a ieiunia ⁊ cũctarꝝ nobꝭ ꝓpici⁹ indulgẽtiã largire culparꝝ. Lectio ione pro.

In dieb⁹ illis: Factũ eſt v̄bũ 3. ca.
dñi ad ionã ꝓphetã ſcd̃o: di- A
cẽs. Surge/ ⁊ vade ĩ niniuẽ ciuitatẽ magnã: ⁊ p̄dica ĩ ea p̄dicationẽ quã ego loquor ad te. Et ſurrexit ionas: ⁊ abijt ĩ niniuẽ iuxta v̄bũ dñi Et niniue erat ciuitas magna itinere dierꝝ triũ. Et cepit ionas introire ĩ ciuitatẽ itinere diei vni⁹. Et clamauit: ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies ⁊ niniue ſubuertet. Et crediderũt viri niniuite ĩ dño ⁊ p̄dicauerũt ieiuniũ/ ⁊ veſtiti ſũt ſaccis a maiore vſq3 ad minorẽ. Et ꝑuenit v̄bũ ad regẽ niniue: et ſurrexit de ſolio ſuo ⁊ abiecit veſtimẽtũ ſuũ a ſe/ ⁊ indutus eſt ſacco/ et ſedit ĩ cinere. Et clamauit: ⁊ dixit. In niniue ex ore regis ⁊ principũ eius dicẽs. Hoĩes et iumenta et boues et pecora non guſtẽt q̇cq̃ȝ nec paſcant: ⁊ aquã nõ bibãt. Et oꝑiantur ſaccis hoĩes: ⁊ iumenta clament ad deum in fortitudine. Et ꝯuertatur vir a via ſua mala ⁊ ab iniquitate que eſt in manibus eorꝝ. Quis ſcit ſi cõuertatur et ignoſcat deus ⁊ reuertatur a furore ire ſue/ et non peribimus? Et vidit de⁹ opera eorꝝ: qꝛ cõuerſi ſũt de via ſua mala. Et miſertus eſt deus ſuper malicia quam locutus fuerat vt faceret eis: et nõ fecit. Et miſertus eſt populo ſuo: dñs deus nr̃

p̃.53. Gradale Deus exaudi oꝛationē me=
am auribus percipe verba oꝛis mei. V̄.
Deus in nomine tuo ſaluum me fac et
in virtute tua iudica me. Tractus.
p̃ 102 Domine nō ſcdꝫ pctā noſtra que
fecimus nos: neqꝫ ſcdm iniq̄ta=
p̃ 78 tes nr̄as retribuas nobis. V̄. Dn̄e ne
memineris iniq̄tatū nr̄aꝝ āntiquaꝝ cito
anticipent nos mīe tue qꝛ pauperes fa
cti ſumus nimis. Hic nō ſtat genufle
i eod. xio cū dr̄. V̄. Adiuua nos deus ſaluta=
ris noſter: ⁊ ꝓpter glīam nōis tui dn̄e
libera nos/ et propicius eſto peccatis no
ſtris ꝓpt nomē tuū. Scd̄m iohān̄em.
7.ca G In illo tp̄e Miſerūt pn̄cipes
⁊ phariſei miniſtros: vt app̄
henderent ieſum. Dixit ergo eis ie
ſus. Adhuc modicū tp̄s vobiſcum
ſum: ⁊ vado ad eū q̄ miſit me. Que
retis me ⁊ nō inuenietis: et vbi ſum
ego/ vos nō poteſtis venire. Dixe=
rūt ergo iudei ad ſemetipſos. Quo
hic iturꝰ eſt: qꝛ nō inueniemꝰ eū? Nū
q̄d i diſperſionē gētiū iturus eſt: et
docturꝰ gētes? Quis eſt hic ſermo
quē dixit: q̄retis me ⁊ nō inuenietis ⁊
vbi ſū ego/ vos nō poteſtis venire
In nouiſſio aūt die magno feſtiui
tatis: ſtabat ieſꝰ ⁊ clamabat dicēs
F Si q̄s ſitit: veniat ad me et bibat.
Qui credit in me ſicut dicit ſcriptu
ra: flumīa de vētre eiꝰ fluent aq̄ vi
ue. Hoc aūt dixit de ſpū: quem acce
pturi erāt credētes i eū. Offer. Dn̄e
conuertere et eripe animā meā ſaluū
me fac/ propter miſericoꝛdiam tuam.
p̃s.3. Vꝰ. Domine ne in ira tua arguas me:
neqꝫ i furoꝛe tuo coꝛripias me. Secre.
Sacrificiū laudis de ꝑceptione
tuoꝝ dn̄e deferimus p̄ſidiorū
q̄s vt percipiēda ſecurius verius ꝯ
ſumamus. per dn̄m. Colo. Dominꝰ
virtutum ipſe eſt rex gloꝛie. Poſtcō
Sacramēti tui q̄s dn̄e participa=
tio ſalutaris ⁊ purificatio
nē nobis p̄beat et medelam. per.

Sup ppłm. Humiliate ca. Oīo.
Da q̄s dn̄e populo tuo ſpiritū
veritatis ⁊ pacis: vt te tota
mente cognoſcat/ et que tibi placi
ta ſūt pia deuotione exerceat. p do.
eiuſdem. Feria tercia. Officium
Expecta dn̄z viriliter age p̃.26
⁊ ꝯfoꝛtet coꝛ tuū et ſuſti=
ne dn̄m. p̃. Dominus illu= tibiō.
minatio mea ⁊ ſalꝰ mea quē
timebo. Nō dr̄ Glā pa. Flecta. Oro.
Noſtra tibi q̄s dn̄e ſit accepta
ieiunia: que nos et expiando
gratia tua dignos efficiant ⁊ ad re
media perducant eterna. per dn̄m
noſtrum. Lctō danielis ꝓphete.
In diebꝰ illis: Cōgregati ſūt 14.ca
babiloniȷ ad regē: ⁊ dixerūt ei F
Trade nobis danielē qui bel deſtru
xit: et drachonē iterfecit. Alioquī
interficiemus te: ⁊ domū tuā. Vi=
dit ergo rex q̄ irruerent in eū vehe
menter: ⁊ neceſſitate ꝯpulſus/ tra
didit eis danielē. Qui miſerūt eū i
lacū leonū: ⁊ erat ibi ſex diebꝰ. Poꝛ
ro/ i lacu erāt leones ſeptē: et dabā
tur eis quotidie duo coꝛpoꝛa ⁊ due
oues. Et tūc nō data ſūt eis: vt de=
uoꝛarēt danielē. Erat aūt abacuc
ꝓpheta in iudea: ⁊ ipſe coxerat pul
mētū/ ⁊ itriuerat panes i alueolo:
et ibat i campum vt ferret meſſori
bus. Dixitqꝫ āgelꝰ dn̄i: ad abacuc.
Fer prandiū quod habes in babilo
nem danieli: qui eſt i lacu leonum.
Et dixit abacuc. Dn̄e babilonē nō
vidi: et lacum neſcio. Et appꝛehen
dit eum angelus dn̄i i vertice eius:
⁊ poꝛtauit eum capillo capitis ſui:
poſuitqꝫ eū in babilonē ſup lacum
in impetu ſpiritu ſui. Et clamauit
abacuc dicēs. Daniel ſerue dei: tol
le prādiū qđ tibi miſit deus. Et ait
daniel. Recoꝛdatus eni es mei dn̄e
deus meꝰ: et nō dereliquiſti diligē=
tes te. Surgenſqꝫ daniel comedit

Porro/ āgel⁹ dñi: restituit abacuc
confestī i loco suo. Venit ergo rex
die septimo: vt lugeret danielē. Et
venit ad locū: et itrospexit. Et ecce
daniel: sedēs in medio leonū. Et ex-
clamauit rex: voce magna dicens.
Magn⁹ es dñe: deus danielꝫ. Et ex-
traxit eū de lacu. Illos aūt q̄ pditi-
onis ei⁹ causa fuerāt itromisit i la-
cū: et deuorati sunt i momēto corā
eo. Tūc rex ait. Paueāt oēs habitā-
tes in vniuersa terra deū danielis:
qꝛ ipse est liberator & saluator faci-
ens signa/ & mirabilia in celo et in
terra. Qui liberauit danielē: de la-
p̄.42 cu leonū. Gr. Discerne causam meā
dñe ab hoīe iniquo et doloso eripe me. V.
i eod Emitte lucē tuam et veritatē tuam/ ip
me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montē
7.ca I sanctum tuum. S. iohannem.
A In illo tp̄e: Ambulabat iesus
i galileā. Nō ei volebat i iudeā am-
bulare: qꝛ q̄rebāt eū iudei iterficere
Erat autem i ꝓximo dies festus iu-
deorū: scenophegia. Dixerūt ergo
ad eū: frēs ei⁹. Trāsi hic & vade i iu-
deā: vt & discipuli tui videāt opera
tua q̄ facis. Nemo q̄ppe i occulto a-
liq̄d facit: et q̄rit ipse i palā esse. Si
hec facis: manifesta teip̄m mundo.
Neq; ei frēs ei⁹ credebāt i eo. Dixit
ergo eis ies⁹. Tp̄s meū nōdū adue-
nit: tp̄s aūt vestrū semp est paratū
Nō potest mūd⁹ odisse vos: me aūt
odit/ qꝛ ego testioniū ꝑhibeo de il-
lo/ qꝛ opa eius mala sūt. Vos ascen-
dite ad diē festū hūc: ego autē nō a-
scēdā ad diē festū istū: qꝛ tp̄s meum
nondū īpletū est. Hec cū dixisset: ip-
se māsit i galilea. Vt aūt ascēderūt
frēs eius: tūc & ipse ascēdit ad diē fe-
stū nō manifeste/ sed quasi i occulto
Iudei ergo q̄rebāt eū in die festo: &
dicebant. Vbi est ille? Et murmur
multus erat de eo: i turba. Quidā
aūt dicebāt: qꝛ bon⁹ est. Alii aūt di-
cebant: nō/ sed seducit turbas. Ne-
mo tamen palam loq̄batur de illo:
ꝓpter metū iudeorū. Off. Sperēt p̄.21.
in te oēs qui nouerūt nomē tuum quo-
niā non derelinquis querētes te: psalli-
te domino qui habitat i syon quoniam
non est oblitus orationem pauperum.
V⁹. Sedes super thronum qui iudicas
equitatem increpasti gentes et periit i-
pius iudicare populū cum iusticia: ⁊ fa-
ctus es refugiū pauperum. Secreta.
Hostias tibi dñe deferim⁹ im-
molādas: que tp̄alē consola-
tionē nobis ipendāt: vt ꝓmissa cer-
tius non desperemus eterna. Per.
Cōio. Redime me deus israel ex omni- p̄24
bus angustiis meis. Postcommunio
Da q̄s omīp̄s deus: vt q̄ diuina
sunt iugiter exequentes: do-
nis mereamur celestib⁹ propiqua-
re. per. Super populū. Humilia. Or.
Da nobꝫ dñe q̄s perseuerantē
in tua voluntate famulatuꝫ
vt in diebus nostris et merito & nu-
mero populus tibi seruiens augea-
tur. per. ¶ Feria quarta. Officiū.
Liberator me⁹ de gē- p̄17.
tib⁹ iracūdis: ab in-
surgētib⁹ i me exul-
tabis me a viro ini-
quo eripies me do-
mine. Ps. Diligam te
dñe fortitudo mea: do-
min⁹ firmamētū meū ⁊ refugiū meum
Non dr̄ vlterius Flectamus. Or.
Sanctificato hoc ieiunio deus
tuorum corda fidelium mise-
rator illustra: et quibus deuotiōis
prestas effectum: prebe supplicāti-
bus pium benignus auditum. Per
dominum. ¶ Lectio libri leuitici.
In diebus illis: Locut⁹ est dñs 19.C.
ad moysem dicens. Loq̄re ad C
vniuersum cetū filiorū isrl̄ & dices
ad eos. Ego dñs deus vester. Non
facietis furtū: nō mentiemini/ nec

decipiet vnusquisq̧ proximum suum
Non plurabis in nomine meo: nec
pollues nomē dei tui/ego dñs. Nō
facies calūniā proximo tuo: nec vi
opprimes eum. Nō morabitur op⁹
mercēnarij tui apud te: vsq̧ mane.
Non maledices surdo: nec corā ce-
co pones offendiculū. Sed timebis
dñm deū tuū: q̄ꝛ ego sum dñs. Non
facies qđ iniquum est: nec iniuste iu-
D dicabis. Nō consideres psonā pau
peris: nec honores vultum potētis
Juste iudica ꝓximo tuo. Non eris
criminator: nec susurro in populis
Non stabis cōtra sanguinē ꝓximi
tui: ego dñs. Non oderis fratrē tuū
in corde tuo/sed publice argue eū:
ne habeas sup illo pctm̄. Non q̄res
vltionē inimicorū: nec mēor eris i-
iurie ciuiū tuorū. Diliges amicū
tuum: sicut teipm̄. Ego dñs Leges
meas custodite. Ego enī sum dñs:
p̄ 29 deus vester. Grada. Exaltabo te do
mine quoniā suscepisti me: nec delecta-
I coð sti inimicos meos super me. ℣. Domie
deus clamaui ad te ꝛ sanasti me domie
abstraxisti ab inferis aīam meam: sal-
uasti me a descēdētibus i lacū. Tract⁹
D E necessitatibus meis eripe me
2 domine: vide humilitatem meā
et laborem meū et dimitte oīa peccata
mea ℣. Ad te domie leuaui aīam meā/
de⁹ meus i te ꝯfido nō erubescā: neq̧ ir-
rideāt me inimici mei ℣⁹. Etenim vni-
uersi q̄ te expectant non ꝯfundētur: cō-
fundātur oēs faciētes vana. S. iohā.
10. c. I N illo tp̄e Fctā sunt encenia
i hierosolymis: ꝛ hyems erat
E Et ambulabat iesus in tēplo: i por
ticu salomonis. Circūdederunt er-
go eū iudei: et dicebant ei. Quousq̧
animā nostrā tollis? Si tu es xp̄s:
dic nobis palam? Rn̄dit eis iesus.
Loquor vobis: et nō creditis. Opa
que ego facio in noie patris mei: hec
testimonium perhibent de me. Sed
vos non creditis: quia non estis ex
ouibus meis. Oues mee vocē meā
audiunt: et ego cognosco eas et se-
quuntur me. Et ego vitā eternā do
eis: ꝛ non peribūt in eternū/ꝛ non
rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pa F
ter meus qđ dedit michi mai⁹ omi-
bus est: ꝛ nemo potest rapere de ma
nu pr̄is mei. Ego ꝛ pr̄: vnū sumus
Sustulerūt ergo lapides iudei: vt
lapidarēt eū. Rn̄dit eis iesus. Mul
ta bona opera ostēdi vobis ex patre
meo/propter qđ eorū opus me lapi
datis? Rn̄derunt ei iudei. De bono
opere non lapidamus te: sed de blas
phemia. Et q̄ꝛ tu hō cū sis: facis te-
ipsum deū. Rn̄dit eis iesus. Nonne G
scriptum est i lege vestra: q̄ꝛ ego di-
xi dii estis? Si illos dixit deos ad quos
sermo dei factus est/ꝛ nō potest sol
ui scriptura; quem pat sctificauit ꝛ
misit in mundum/vos dicitis quia
blasphemas/q̄ꝛ dixi filius dei sum?
Si nō facio opa patris mei: nolite
credere michi. Si autem facio et si
michi nō vultis credere: operibus
credite. Ut cognoscatis ꝛ credatis
quia in me est pater: ꝛ ego in patre
Offertoriū. Eripe me de inimicis me p̄.38
is de⁹ meus et ab isurgētibus in me li-
bera me domie. ℣. Q̄ꝛ ecce captauerūt
aīam meā/irruerūt i me fortes. Secr.
A Nnue nobis q̄s misericors de
us: vt hostias placationis ꝛ
laudis sincero tibi deferam⁹ obseq̄o
Per. Cōio. Lauabo inter inocētes ma p̄.23
nus meas et circuibo altare tuū domie
vt audiam vocē laudis tue et enarrem
vniuersa mirabilia tua. Post cōmunio.
C Elestis doni benedictiōe per
cepta te supplices deus oīps
deprecamur: vt hoc eidē nobis et sa
cramenti causa sit et salutis. Per.
Sup populū. Oremus. Hūil. Deo.
A Dueniat q̄s dñe mīa tua spe
rata supplicibus: ꝛ eis celesti

munificētia tribuat/quaten⁹ ⁊ recte petēda postulēt: ⁊ postulata ꝑcipiāt. per. ¶ Feria quinta. Officiū.

dan. D Omnia q̄ fecisti nobis dn̄e i vero iudicio fecisti qꝛ peccauim⁹ tibi ⁊ mādat; tuis non obediuim⁹ sed da gloriā noī tuo ⁊ fac nobiscū scd̄m multitudinē mīe tue. ℣. Magn⁹ domin⁹ et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri/i monte scō eius. nō dr̄. Gl̄a pa. Oremus. Flectamus ge. leua. Or.

Presta q̄s oīs deus/vt dignitas ꝯditōis hūane ꝑ īmoderātiā sauciata: medicinalis parsimonie studio reformet. p. Lctō dan. p.

3.ca. D In dieb⁹ illis: Orauit daniel dicēs. Dn̄e deus israel ne despicias populū tuum: neq̄ auferas mīaz tuā a nobis. Propter abrahā dilectū tuū ⁊ ysaac seruū tuū ⁊ isrl̄ scm̄ tuū: q̄bus locutus es pollicēs q̄ multiplicares semē eoꝝ sicut stellas celi/⁊ sicut arenā q̄ est in littore maris. Qꝛ dn̄e iminuti sumus plus q̄ oēs gentes: sumusq̄ humiles in vniuersa terra hodie propter pctā nostra. Et nō est in tēpore hoc princeps ⁊ propheta ⁊ dux: neq̄ olocaustū/neq̄ sacrificium/neq̄ oblatio/neq̄ incēsum/neq̄ locus primitiarū coram te/vt possimus inuenire mīam/sed in aīo contrito ⁊ spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in olocausta arietū ⁊ taurorū ⁊ sicut i milib⁹ agnoꝝ pinguiū: sic fiat sacrificiū nr̄m in cōspectu tuo hodie vt placeat tibi/qꝛ nō est cōfusio ꝯfidētibus i te. Et nūc dn̄e seq̄mur in toto corde: ⁊ timemus te/et querim⁹ faciē tuā. Ne ꝯfūdas nos sed fac nobiscū iuxta mansuetudinē tuam: ⁊ secundū multitudinē misericordie tue. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis et da gloriā noī tuo dn̄e: ⁊ cōfundātur oēs qui ostēdūt seruis tuis mala. Cōfundantur in oīpotētia: ⁊ robur eoꝝ cōteratur. Et sciant qꝛ tu es dn̄s de⁹ sol⁹: et gloriosus sup̱ omnē terrā: dn̄e deus noster. B Gradale.

p̄.23 Tollite hostias et introite i atria eius: adorate dominū i aula scā ei⁹. ℣. Reuelabit domin⁹ ꝯdēsa: ⁊ i tēplo ei⁹ omnes dicent gloriā. Secundū iohānē.

7.c. In illo tp̄e: Cum audissent q̄dā de turba sermones iesu: dicebāt. Hic est vere ꝓpheta. Alij dicebāt. Hic est xp̄s. Quidam autē dicebant. Nūquid a galilea xp̄s venit? Nōne scriptura dicit: qꝛ ex semine dauid ⁊ de bethleē castello vbi erat dauid vēturus est christus? Dissensio itaq̄ facta est in turba: propter eum. B Quidā autē ex ipsis volebant apprehendere eū: sed nemo misit super illū manus. Venerūt ergo ministri ad pontifices ⁊ phariseos: et dixerunt eis. Quare nō adduxistis eum? Responderunt ministri. Nūq̄ sic locutus est hō: sicut hic homo loquitur. Rn̄derūt ergo eis pharisei. Nunq̄d ⁊ vos seducti estis? Nūquid aliquis ex prīcipibus credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legē: maledicti sunt. Dixit nichodemus ad eos ille q̄ venit ad iesum nocte: q̄ vnus erat ex ipsis. Nūquid lex nr̄a iudicat hominem: nisi pri⁹ audierit ab ipso ⁊ cognouerit q̄d faciat? Rn̄derūt: et dixerūt ei. Nūquid ⁊ tu galileus es? Scrutare scripturas: ⁊ vide qꝛ propheta a galilea nō surgit. Et reuersi sunt: vnusquisq̄ i domū suā. Offertoriū. Sup̱ flumina babylonis illic sedim⁹ ⁊ fleuimus: dū recordaremur tui syon. ℣. Memēto domine filioꝝ edō: in diem hierusalē. Secreta.

Domine deus noster q̄ in his poti⁹ creaturis quas ad fra-

gilitatis nr̄e subsidiū cōdidisti: tuo
quoq3 nos munera iussisti dicāda cō
stitui: tribue q̄s vt ⁊ vite nob3 p̄sitȝ
auxiliū/⁊ eternitatȝ efficiant sacra
ps.117 mētū. P. cōio. Memēto verbi tui ser=
uo tuo dñe in quo michi spē dedisti: hec
me ꝯsolata est ī hūilitate mea. Postcō.

Quod ore sumpsimꝰ dñe pura
mente capiamus: et de mune
re temporali fiat nobis remedium
sempiternū. Per. Super populum
Humiliate capita vestra deo. Or.

Esto q̄s dñe ꝓpiciꝰ plebi tue:
vt que tibi non placēt respu=
ens: tuorum potius repleatur dele
ctationibus mandatorū. Per dñz.

¶ Feria sexta. Ad missam. Officiū.

ps.36. Miserere michi dñe
qm̄ tribulor: libe=
ra me ⁊ eripe me de
manibꝰ inimicorū
meorū ⁊ a ꝑsequēti
bus me dñe nō cō=
fundar qm̄ inuoca=
ibid. ui te. Ps. In te dñe speraui nō ꝯfundar in
eternū: ī iusticia tua libera me. Nō dr̄.
Gloria p̄ri. Flectamus geñ. Leua. Or.

Cordibus nostris q̄s dñe au=
xiliū gratie tue benignus in
funde: vt peccata nostra castigatio
ne volūtaria cohibentes: tempora
liter potius maceremur/q̄ suppli=
ciis deputemur eternis. Per domi=
num. ¶ Lectio hieremie prophete.

Ie.17.ca B In diebꝰ illis: Dixit hieremi=
as. Dñe/oēsq̄ te derelinquūt
cōfundent. Recedētes a te in terra
scribentur: qm̄ dereliquerūt venaȝ
aquaȝ viuētiū dñm. Sana me dñe
et sanabor: saluum me fac ⁊ saluus
ero/quoniam laus mea tu es. Ecce
ipsi dicūt ad me. Ubi est verbū dñi?
Ueniat. Ego non sum turbatus te
pastorem sequēs: ⁊ diē hoīs non de
sideraui tu scis. Qd̄ egressum est de
labijs meis: rectum in ꝯspectu tuo
fuit. Nō sis michi tu formidini spes
mea tu in die afflictionis. Confun=
dātur qui me ꝑsequūtur ⁊ nō ꝯfun=
dar ego. Paueant illi: ⁊ non paueā ps.34
ego. Induc sup eos diē afflictionis
et duplici cōtritione cōtere eos dñe
deꝰ noster. Graduale. Pacifice loque
bātur michi inimici mei/et in ira mole=
sti erāt michi. V. Vidisti dñe deus me=
ne sileas ne discedas a me. Tractus.

Domine non secundum peccata ps.102
nr̄a q̄ fecimꝰ nos: neq3 secūdum
iniqtates nr̄as retribuas nobis. V. Dñe ps.78
ne memineris iniquitatum nr̄arum an
tiquarum/cito anticipent nos miseri=
cordie tue qr̄ paupes facti sumꝰ nimis.
Hic non fiat genuflexio cum dr̄. V.
Adiuua nos deus salutaris nr̄/et pro= ibid.
pter gloriam nomis tui domine libera
nos et propicius esto peccatis nr̄is pro
pter nomen tuum. Secūdū iohannē.

In illo tp̄e: Collegerūt pōtifi= 11.ca
ces ⁊ pharisei cōsiliū aduersꝰ F
iesū: ⁊ dicebāt. Quid facimꝰ: qr̄ hic
hō multa signa facit. Si dimittimꝰ
eū sic: oēs credēt ī eū. Et venient ro=
mani: ⁊ tollēt locū nostrū ⁊ gentē.
Unꝰ autē ex ipsis cayphas noīe cū
esset pōtifex āni illiꝰ: dixit eis. Uos
nescitis q̄cq̄: nec cogitatis qr̄ expe
dit vobis vt vnꝰ moriat hō ꝓ popu
lo/⁊ nō tota gēs pereat. Hoc autē G
a semetipso non dicit: sed cum esset
pontifex āni illius ꝓphetauit qr̄ ie=
sus moriturꝰ erat pro gēte. Et non
tantū pro gēte: sed vt filios dei qui
erant dispersi congregaret in vnū.
Ab illo ergo die: cogitauerūt vt in
terficerent eū. Iesus ergo iam non
in palam ambulabat apud iudeos:
sed abijt in regionem iuxta desertū
in ciuitatē q̄ dicit effrē. Et ibi mo=
rabatur: cū discipulis suis. Offert.
Benedictus es dñe doce me iustificati= ps.118
ones tuas et ne tradas calūniantibus
me supbis et respōdebo exprobrātibus

michi verbum. ℣. Uidi non ſeruan-
tes pactū et tabeſcebā dn̄e/quādo faci-
es de ꝑſequētibus me iudiciū. Secre.
PReſta nobis miſericors deꝰ/
ut digne tuis ſeruire ſēp alta
ribus mereamur ⁊ eoꝝ ꝑpetua par
ps.6 ticipatione ſaluari. P. Cōio. Ne tra
dideris me dn̄e in aīas perſequentium
me/q2 inſurrexerunt in me teſtes iniqui/
et mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcōio
SUmpti ſacrificij dn̄e ꝑpetua
nos tuitio non derelinquat: ⁊
noxia ſemꝑ a nobis cūcta repellat.
P. Sup ꝑplm. Oremꝰ. Humi. Oro.
COncede nobis q̄s dn̄e veniā
ꝑctōꝝ ⁊ religionis augmē-
tū: atq3 ut in nobis tua dona multi
plices: tuis fac mādatis ꝓmptio-
res. P. ¶ Sabbato ad miſſā. Offm̄.
ps.36. MIſerere michi dn̄e qm̄ tri
bulor: libera me ⁊ eripe me
de manibus inimicoꝝ meo
rum et a perſequentibus
me dn̄e nō cōfūdar qm̄ inuocaui te
ibid. ps. In te dn̄e ſperaui nō ꝯfūdar/i eter
nū: in iuſticia tua libera me. Nō dicit
Glia pri. Oremus. Flecta. ge. Oro
PRoficiat q̄s dn̄e plebs tibi di
cata pie deuotiōis affectu ut
ſacris actionibus erudita q̄to ma-
ieſtati tue fit gratior/ tanto donis
potioribꝰ augeatur. Per dominū
nr̄m. ¶ Lectio hieremie ꝓphete.
18.c. IN diebus illis: Dixerūt impij
D iudei: ad inuicē. Uenite cogite-
mus cōtra iuſtū cogitatiōes. Nō eī
peribit lex a ſacerdote: neq3 cōſiliū
a ſapiēte/nec ſermo a ꝓpheta. Ue-
nite ⁊ ꝑcutiamꝰ eū lingua: ⁊ nō at
tēdamꝰ ad vniuerſos ſermōes eiꝰ.
Attēde dn̄e ad me: ⁊ audi voces ad-
uerſarioꝝ meoꝝ. Nūqd redditur ꝓ bo
no malū q2 foderūt foueā aīe mee?
Recordare q3 ſteterī ī cōſpectu tuo
ut loq̄rer ꝓ eis bonū: ⁊ auerterem
indignationem tuam ab eis. Pro-
pterea da filios eoꝝ ī famē: ⁊ deduc
eos ī manu gladij. Fiāt uxores eoꝝ
abſq3 liberis ⁊ vidue: ⁊ viri eaꝝ īter
ficiant morte. Iuuenes eoꝝ ꝯfodi-
antur gladio ī ꝑlio: audiat clamor
de domibus eoꝝ. Adduces enī ſuper
eos latronē repente: q2 foderūt fo-
ueam ut caperēt me/ ⁊ laq̄os abſcō
derunt pedibus meis. Tu autē dn̄e
ſcis cōſiliū eoꝝ aduerſum me ī mor
tē. Ne ꝓpicieris iniquitati eoꝝ ⁊ pec
catum eoꝝ a facie tua non deleat.
Fiāt corruētes ī cōſpectu tuo: ī tē-
pore furoris tui: dn̄e deus meꝰ. Gr.
Pacifice loquebātur michi inimici mei: p̄.38.
et in ira moleſti erant michi. Vſus. Ui-
diſti domine deus meus ne ſileas: ne di
ſcedas a me. ¶ Secundū iohannem
IN illo tpe: Dixit ieſꝰ diſcipu- 6 ca.
lis ſuis: ⁊ turbis iudeoꝝ. Amē F
amē dico vobis: niſi māducaueritis
carnē filij hoīs et biberitis eiꝰ ſan-
guinē/ nō habebitis vitā in vobis.
Qui manducat meā carnē et bibit
meū ſanguinē: habet vitā eternā.
Et ego reſuſcitabo eum: in nouiſſi
mo die. Caro eī mea vere eſt cibꝰ: ⁊
ſanguis meus vere eſt potus. Qui
manducat meā carnē et bibit meū
ſanguinē: ī me manet et ego ī illo.
Sicut miſit me viuēs pater: et ego
viuo propter patrē. Et qui mandu
cat me: ⁊ ipſe viuet propter me. Hic
eſt panis qui de celo deſcendit. Nō
ſicut māducauerūt p̄res veſtri mā-
na ⁊ mortui ſūt. Qui māducat hūc
panē: viuet ī eternum. Hec dixit ī ſy-
nagoga: docēs ſabbato in caphar-
naum. Multi ergo audientes ex di
ſcipulis eius dixerunt. Durus eſt
hic ſermo. Quis poteſt eū audire? G
Sciens autē ieſus apud ſemetipſū
quia murmurarēt de hoc diſcipuli
eius: dixit eis. Hoc vos ſcādalizat
Si ergo videritis filiū hoīs aſcen
dentem ubi erat prius: ſpūs eſt qui

17.c. A In illo t̄pe: Subleuatis ieſus oculis i celū: dixit. Pater venit hora/ clarifica filiū tuū vt et filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis: vt omne quod dediſti ei det eis vitam eternā Hec eſt enī vita eterna: vt cognoſcant te ſolum verū deum/ & quem miſiſti ieſum xp̄m. Ego te clarificaui ſup terrā: op⁹ cōſummaui quod dediſti michi vt faciam. Et nūc clarifica me tu pater apud temetipſū: claritate quam habui priuſq̄ mun- B dus eſſet apud te. Manifeſtaui nomē tuū hominib⁹: quos dediſti michi de mūdo. Tui erāt et michi eos dediſti: et ſermonem tuum ſeruauerunt. Nūc cognouerūt qꝛ oīa q̄ dediſti michi abs te ſūt: qꝛ verba que dediſti michi dedi eis. Et ipſi acceperunt & cognouerunt vere: qꝛ a te exiui/ et crediderunt qꝛ tu me miſiſti. Ego pro eis rogo non p mundo rogo: ſʒ pro his quos dediſti michi qꝛ tui ſunt Et mea omnia tua ſunt et tua mea ſunt/ et clarificat⁹ ſuʒ i eis. Et iam nō ſum i mūdo: & hi in mundo ſunt: et ego ad te venio.

Act. 1 ca. B Offertorium. Viri galilei quid admiramini aſpicientes in celum: hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celum ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in celum alleluya. Secre.

Sacrificiū domine pro filij tui ſupplices venerabili quā p̄uenimus nunc aſcenſione deferimus preſta q̄s: vt & nos per ipſum his ſacroſanctis cōmercijs ad celeſtia cōſurgamus. Per eundem. Prefatio quotid. Communio. Pater cum eſſem cum eis ego ſeruabam eos quos dediſti michi allā nunc autem ad te venio/ nō rogo vt tollas eos de mundo ſed vt ſerues eos a malo allā allā. Poſtcōio.

Tribue q̄s dn̄e: vt p hec ſacramenta que ſumpſimus illuc tendāt noſtre deuotionis affectus quo tecum eſt noſtra ſubſtantia ieſus chriſtus dominus nr̄. Qui tecū

¶ In die aſcēſionis dn̄i. Officium

Act. 1 B Viri galilei quid admiramini aſpiciētes in celum allā: quē admodum vidiſtis eū aſcēdentē i celum ita veniet alleluya alleluya alleluya. ℣. Cumqꝫ intuerētur in celum eūtem illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis/ qui et dixerunt. i vid. Oratio.

Concede q̄s omnip̄s deus: vt q̄ hodierna die vnigenitū tuū redemptorē noſtrum ad celos aſcēdiſſe credimus: ipſi quoqꝫ mente in celeſtibus habitemus. Per eūdem.

¶ Lectio actuum Apoſtolorum.

1 ca. A Primū quidē ſermonē feci de oīb⁹ (o theophile) q̄ cepit ieſ⁹ facere et docere: vſqꝫ in diē qua p̄cipiēs apoſtolis p ſpiritū ſāctū quos elegit aſſumptus eſt. Quibus et p̄buit ſeipſū viuū poſt paſſionē ſuā i multꝭ argumētis p dies quadraginta apparēs eis: & loquens de regno dei. Et conueſcēs p̄cepit eis ab hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris/ quā audiſtis inquit per os meū. Qꝛ iohannes quidem baptizauit aqua: vos aūt baptizabimini ſpū ſancto non poſt multos hos dies. Igitur qui ꝯuenerāt interrogabant eū dicētes. Dn̄e ſi i t̄pe hoc reſtitues regnū iſrael? Dixit aūt eis Nō eſt veſtrū noſſe t̄pa vel momēta: q̄ pater poſuit in ſua poteſtate. Sʒ accipietis virtutē ſupuenientis ſpūſſcti in vos & eritis michi teſtes in hierl̄m et i oī iudea & ſamaria: & vſqꝫ ad vltimum terre. Et cū hec dixiſſet videntibus illis eleuatus eſt: et nubes ſuſcepit eū ab ocl'is eoꝝ. Cūqꝫ itue- B

rentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterēt iuxta illos ī vestib⁹ albis/qui et dixerūt. Viri galilei: quid statis aspiciētes in celū? Hic iesus q̄ assūptus est a vobis in celū: sic veniet quēadmodum vidi-
p 46 stis eū: euntē in celū. Allā. ℣. Ascendit deus in iubilatione: et dñs in voce tube. Hac die et in octa. etiam si duplex festum ibidē celebretur dicitur Allā ℣ Ascendens christus ī altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Quotidie p̄ octa. nisi in do. et in oct. die siue fiat seruitiū de ascensione siue de aliquo festo cum regimine chori nisi in festo philippi et iacobi. et in inuentione sancte
p 67 crucis erit scdm Allā. ℣. Dñs in syna in sancto ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Sequētia.

Rex omnipotēs die hodierna Mūdo triumphali redēpto potentia Victor ascendit celos vnde ascenderat. Nam quadraginta postq̄ surrexerat. Dieb⁹ sacris cōfirmans pectora. Apostolorum pacis cara relinquens oscula. Quib⁹ et dedit potestatē laxandi crimina Et misit eos in mundum baptizare cunctas aīas. In patris et filij et sp̄usscti clementia. Et conuescens precepit eis ab hierosolimis. Ne abirēt: sed expectarēt p̄missa munera. Non post multos enī dies mittam vobis spiritū paraclitū in terra. Et eritis michi testes ī hierusalē iudea siue samaria. Et cū hoc dixisset vidētibus illis eleuatus est: et nubes clara. Suscepit eū ab eorū oculis intuētib⁹ illis ethera. Ecce stetere amicti duo viri ī veste alba. Iuxta dicentes q̄d admiramini celorū alta? Iesus enim hic qui assūptus est a vobis ad patris dexterā. Ut ascendit ita veniet querēs talēti commissi lucra. O deus celi maris aeui hoīem quē creasti quē fraude subdola. Hostis expulit paradiso et captiuatum secū traxit a tartaro. Sanguine proprio quē redemisti deus. Illuc et prouehis vnde prius corruit paradisi gaudia. Iudex cū veneris iudicare secula. Da nobis petimus sempiterna gaudia in sanctorum patria. In qua tibi cantemus oēs allā. Scdm marcū.

In illo tp̄e: Recūbētib⁹ vnde- 16.c.
cim discipulis: apparuit illis iesus et exprobrauit īcredulitatem illorū et duriciā cordis/ q2 his q̄ viderant eū resurrexisse non crediderant. Et dixit eis Euntes in mundū vniuersum p̄dicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit: cōdēnabit̄. Signa autē eos q̄ crediderint: hec sequētur. In noīe meo demonia eycient: linguis loquētur nouis serpētes tollēt. Et si mortiferū q̄d biberint: nō eis nocebit. Sup egros man⁹ īponēt: et bñ habebūt. Et dñs q̄dē ies⁹ postq̄ locutus est eis assūpt⁹ est in celū: et sedet a dextris dei. Illi aūt p̄fecti predicauerūt vbiq̄ dño cooperante et sermonē confirmāte: sequētibus signis. Offert. Ascendit deus ī iubilatione et dominus in voce tube allā. Secr.

Suscipe dñe munera q̄ p̄ filij tui gloriosa ascensione deferimus/ et cōcede p̄picius: vt a presentibus periculis liberemur et ad vitā p̄ueniam⁹ eternam. Per eūd. Prefatio. Qui post resurrectionē. ℣. Cōmunicātes. Et dñr per totas octa. et etiā ī do. qū de ascen̄. agitur.
Cōio. Psallite dño qui ascendit super p 67
celos celorū ad oriētem allā. P⁹cōio.

Presta nobis q̄s omp̄s et misericors deus: vt que visibilib⁹ misterijs sumēda percepimus: inuisibili p̄sequamur effectu. Per dñz.

¶ Per totas octa. dr eadē: in miſſa
niſi feſ. cum regīe chori. itercurrat
s niſi in do. ſʒ ſine ſequen̄ ꝛ Credo.
Dn̄ica īfra octa. aſcen̄. Officiuʒ

p̄.26 Exaudi domine bocem meam
qua clamaui ad te/ alleluya: tibi dixit cor meū
queſiui bultū tuū: bultū
tuū dn̄e requirā: ne auertas faciem
ibid tuam a me allā allā. ps. Dominus
illuiatio mea et ſalus mea quē timebo
Deinde dr Kyrie. de quarta die infra
oct. cum regīe cho. lʒ in. bi. fer.
bel in ſabbō p̄cedēte aliqd̄ feſ. cū regimine
chori celebratuʒ fuerit. Or

Omnipotēs ſēpiterne deus fac
nos tibi ſemper ꝛ deuotā gerere
voluntatē: ꝛ maieſtati tue ſyncero
corde ſeruire. p do. ¶ Memoria de
aſcen̄. Lectio ep̄le beati petri apl̄i.

1 ca. Cariſſimi: Eſtote prudētes: ꝛ
4. bigilate i oratōib⁹. Ante oīa
A autē mutuā i bobiſmetipſis caritatē
cōtinuā habētes: qr caritas operit
multitudinē pctōꝝ. Hoſpitātes
inuicē ſine murmuratiōe. Unuſqſqʒ
ſicut accepit gratiā i alterutrū illā
adminiſtrātes: ſicut boni diſpenſatores
B multiformis grē dei. Si qs loquitur:
quaſi ſermones dei. Si qs miniſtrat
tāq̄ ex birtute quā adminiſtrat
de⁹/ bt in omnibus honorificetur
deus. Per ieſum xp̄m: dn̄m nr̄ʒ
Alleluya. V⁹. Regnabit dn̄s ſuper omnes
gentes: deus ſedet ſuper ſedem ſāctam
ſuam. Alleluya. Verſus. Non vos
relinquam orphanos/ bado ꝛ venio ad
bos: et gaudebit cor beſtrum. Nulla
dr ſequentia. Secundū iohannem

15. ca In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis
D ſuis. Cū venerit paraclytus
quē ego mittam bobis a patre
ſpiritū beritatʒ qui a patre procedit/
ille teſtimonium perhibebit
de me. Et bos teſtimonium perhibebitʒ:
quia ab initio mecum eſtis.
Hec locutus ſum bobis: bt nō ſcandalizemini. 16. c.
Abſqʒ ſynagogis facient A
bos. Sed benit hora bt omnis qui
interficit bos: arbitret obſequium
ſe preſtare deo. Et hec facient bobis
quia nō nouerūt patrem neqʒ me.
Sed hec locutus ſuʒ bobʒ: bt cū benerit
hora eorū reminiſcamini: qr
ego dixi bobis. Offer. Lauda anima p̄145
mea dn̄ʒ/ laudabo dn̄ʒ i bita mea: pſallam
deo meo q̄diu ero allā. Secreta.

Preſta q̄s omnip̄s deus: bt hāc
tibi hoſtiā in ei⁹ corp⁹ ꝛ ſanguinē
placabiliter offeram⁹ quem
ſedētem a dextris birtutis tue etiā
p nobis īterpellare cōfidim⁹ dn̄m
nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū
Cōmunio. Pater cum eſſem cum eis ioh.
ego ſeruabam eos quos dediſti michi/ 13. c.
alleluya: nunc autem ad te benio/ non B
rogo bt tollas eos de mūdo/ ſed bt ſerues
eos a malo allā allā. Poſtcōio.

Preſta q̄s omp̄s deus: bt hec ſacroſctā
cōmercia i toti⁹ eccl̄e
cōſidamus corpore faciendū: quod
eius p̄ceſſit i capite. Qui tec. ¶ Si
aliqd̄ feſtum cū regimīe chori i hac
dn̄ica euenerit totū ſeruitiū fiat in
feſ. et miſſa de dn̄ica in capitulo dr
cū cantu ſup Kyrie et Gl'ia i excel.
Sanctus. et Agnus. ſicut i feſto. iij
lect. ſine regīe cho. cū bno Allā. b.
Regnabit. Et tūc ad miſſam de fe.
erit ſecūdū Allā. b. Non vos. niſi i
feſ. ſancte crucis. Et etiā erit ſcd̄m
Allā. in craſtino oct. aſcen̄. licet de
ſancta maria fiat plenū ſeruitium
¶ In oct. aſcen̄. dn̄i ad miſſā oīa fiant
ſicut i die more ſimplicis feſ. ſine
ſequētia ꝛ Credo. ¶ Feria ſexta
totum fiat ſeruitiū de ſācta maria
ſi a feſ. cum regimine cho. bacauerit.
¶ In bigil. penth. accedat ſacerdō.
ad altare cum dyacono ꝛ ſubdyacono
ꝛ ceteris miniſtris altarꝫ
in ſolenni apparatu ſicut i bigilia

paſc. confeſſiōe lā non dicta ſed tm̄
Pr nr. ⁊ legantur lectōes a dignio-
ribus pſonis in ſuppellicijs ad gra
dum cho. ſn̄ titulis. Lectō .i. Gen̄.
22 c. Tentauit deus abrahā: et
A dixit ad eū. Abrahā abra
hā. At ille rn̄dit Adſū. Ait
illi. Tolle filiū tuū vnigenitū quē
diligis yſaac: et vade in terram vi-
ſionis atq̄ offeres eū ibi ī olocauſtū
ſup vnū montiū quē monſtrauero
tibi. Igitur abrahā de nocte cōſur
gens: ſtrauit aſinū ſuum/ ducēs ſe-
cū duos iuuenes/ ⁊ yſaac filiū ſuū.
Cūq̄ concidiſſet ligna ī olocauſtū
abijt ad locū quē p̄ceperat ei deus.
Die autem tercia eleuatis oculis vi
dit locū procul: dixitq̄ ad pueros
ſuos Expectate hic cum aſino: ego
et puer illucuſq̄ properātes poſtq̄
adorauerimus reuertemur ad vos
Tulit quoq̄ ligna olocauſti: et im-
B poſuit ſup yſaac filium ſuum/ ipſe
vero portabat ī manibus ſuis ignē
⁊ gladium. Cumq̄ duo ꝑgerent ſi-
mul: dixit yſaac patri ſuo. Pater mi?
At ille rn̄dit. Quid vis fili? Ecce in
quit ignis et ligna: vbi eſt victima
olocauſti? Dixitq̄ abrahā. Deus ꝓ
uidebit ſibi victimam olocauſti fili
mi. Pergebant ergo pariter: vene
rūtq̄ ad locū quē oſtēderat ei deus
C In quo edificauit altare: ⁊ deſup li
gna ꝯpoſuit. Cūq̄ alligaſſet yſaac
filiū ſuum: poſuit eum ī altari ſup
ſtruē lignoꝝ. Extēditq̄ manū ⁊ ar
ripuit gladium vt immolaret filiū
ſuum. Et ecce āgel⁹ dn̄i de celo cla-
mauit dicens Abrahā abrahā. Qui
reſpondit. Adſum. Dixitq̄ ei. Ne ex
tendas manum tuam ſuper pueꝝ/
neq̄ facias illi quicq̄. Nūc cogno-
ui q̄ timeas deum: ⁊ non pepciſti fi
lio tuo vnigenito ꝓpter me. Leua-
uit abraham oculos ſuos/ viditq̄
poſt tergum arietē īter vepres/ he-
rētē cornibus. Quē aſſumēs obtu-
lit olocauſtum ꝓ filio: appellauit-
q̄ nomē loci illi⁹/ dn̄s videt. Unde
vſq̄ hodie dicitur: in monte dn̄s vi
debit. Uocauit aūt angel⁹ domini
abrahā ſcdo: de celo dicens Per me
metipſm iuraui dicit domin⁹ q2 fe-
ciſti rē hāc ⁊ nō pepcciſti filio tuo
vnigenito ꝓpter me: bn̄dicā tibi ⁊
mltiplicabo ſemē tuū ſicut ſtellas
celi ⁊ velut arenā q̄ ē ī littore maris
Poſſidebit ſemē tuū portas īimico D
rū ſuoꝝ ⁊ bn̄dicent ī ſemine tuo oēs
gentes terre/ q2 obediſti voci mee.
Reuerſus eſt abrahā ad pueros ſu-
os: abierūtq̄ berſabee ſimul: et ha-
bitauit ibi. Sequat̄ orō ſine Dn̄s
vobiſcū. ſed tm̄ cum Oremus. Orō
Deus q̄ in abrahe famuli tui ope
hūano generi obediētie exē
pla p̄buiſti: ꝯcede nobꝫ ⁊ nr̄e volūta
tis prauitatē frāgere: ⁊ tuoꝝ prece
ptoꝝ rectitudinē ī oībus adīplere.
Per dn̄. Lectō ſcd̄a. Scripſit moyſes
cāticū. et tx. Attēde celū. requi̇re. ſ. i
vig. paſche. fo. lxxiij. et. lxxiiij. Dn̄s
tn̄ a choro dr̄ alternati p̄ter vltimū
⁊ oēs orōnes ſſ. Dn̄s vobiſcū. p̄ter
vltimā dr̄/ ſꝫ tm̄ ei Orem⁹. Orō
Deus qui es glorificatio fide
lium ⁊ vita iuſtoꝝ: q̄ p moy-
ſē famulū tuū: nos quoq̄ modula-
tione ſacri carminis erudiſti: vni-
uerſis gētibus miſe tue munus opa
re tribuēdo beatitudinem auferē-
do terrorē vt quod p̄nūciatū eſt ad
ſupplicium/ ī remediū trāſferatur
eternū. Per. Lectō .iij Apprehēdēt
ſeptem mu. Quere ſupra fol. lxxiij.
Et etiam tractus Uinea fa. Orō
Deus qui nos ad celebrādum
hāc p̄ſētē feſtiuitatē vtriuſ-
q̄ teſtamenti paginis inſtruis/ da
nobꝫ ītelligere miſericordias tuas
vt ex perceptione p̄ſentiū mune-
rū firma ſit expectatio futurorum

Per dominum noſtrum. Baruch.
3.ca. A Udi iſrael mãdata vite: auri
B bus percipe/ vt ſcias pruden
tiã. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimi:
coꝛũ es? Inueteraſti ĩ terra aliena
coinquinat⁹ es cum moꝛtuis. De:
putatus es cum his qui in inferno
ſunt: dereliquiſti fõtẽ ſapiẽtie. Nã
ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes
vtiq; ĩ pace ſup terrã. Diſce vbi ſit
ſapiẽtia/ vbi ſit virtus/ vbi ſit pꝛu:
dẽtia/ vbi ſit intellect⁹: vt ſcias ſi:
mul vbi ſit lõgiturnitas vite ⁊ vir
tus/ vbi ſit lumẽ oculoꝛum et pax.
Quis inuenit locũ ei⁹: ⁊ quis intro
iuit in theſauros eius? Ubi ſunt pꝛi
cipes gẽtiũ ⁊ qui dominãtur ſuper
beſtias q̃ ſunt in terra? Qui in aui:
b⁹ celi ludũt: q̃ argẽtũ theſaurizãt
et aurũ (in quo cõfidũt hoĩes) et nõ
C eſt finis poſſeſſionis eoꝛũ. Qui argẽ
tũ fabꝛicãt et ſolliciti ſunt: nec eſt
inuẽtio operũ illoꝝ. Et tñ extermi
nati ſunt ⁊ ad inferos deſcẽderunt:
et alij ĩ locũ illoꝝ ſurrexerũt. Iuue
nes viderũt lumẽ: et habitauerunt
ſup terrã. Viã aũt diſcipline neſcie
rũt: neq; intellexerũt ſemitas eius
neq; ſuſceperũt eã filij eoꝛũ. A facie
eoꝛũ: lõge facta eſt. Nõ eſt audita ĩ
terra chanaã: neq; viſa eſt ĩ themã.
Filij quoq; agar qui exq̃ſierũt pꝛu:
dentiã que de terra eſt: negociato:
res terre et themã: ⁊ fabulatoꝛes ⁊
exquiſitoꝛes pꝛudẽtie et intelligen
tie. Viã aũt ſapientie neſcierũt: ne
q; meminerũt ſemitarũ eius. O iſ:
rael ꝙ magna eſt domus dei: et in:
gens locus poſſeſſionis eius. Ma:
gnus ⁊ nõ hꝫ cõſummationẽ: excel
ſus ⁊ imenſ⁹. Ibi fuerũt gygantes
nominati: illi q̃ ab initio fuerũt ſta:
D tura magna: ſciẽtes bellũ. Nõ hos
elegit dñs: neq; viã diſcipline inue
nerunt pꝛopterea perierũt. Et qm̃
nõ habuerũt ſapiẽtiã: interierũt p
pter ſuã inſipientiã. Quis aſcẽdit
ĩ celum et accepit eam: et eduxit eã
de nubibus? Quis trãſfretauit ma
re et inuenit eã: et attulit eã ſup au
rũ electuꝫ. Non eſt qui ſciat viam
eius: neq; q̃ excogitet ſemitas eius
Sed qui ſcit vniuerſa nouit illam:
⁊ adinuenit illã pꝛudentia ſua. Qui
perficit terrã in ſempiterno tẽpoꝛe
et adimpleuit eã pecudibus et qua
dꝛupedibus. Qui emittit lucem et
vadit ⁊ vocauit eã: et obedit illi in
tremoꝛe. Stelle aũt dederũt lumen
in cuſtodijs ſuis: ⁊ letate ſunt. Vo:
cate ſunt: ⁊ dixerunt. Adſumus. Et
luxerunt ei cũ iocũditate: qui fecit
illas. Hic eſt deus noſter: et nõ eſti:
mabitur alius aduerſus eum. Hic
adinuenit omnẽ viã diſcipline ⁊ de
dit illã iacob puero ſuo: et iſrael di:
lecto ſuo. Poſt hec in terris viſ⁹ eſt
et cũ hoĩbus cõuerſatus eſt. Oratio

D Eus qui nobis per pꝛophe:
tarum oꝛa pꝛecepiſti tempo
ralia relinquere atq; ad eterna fe:
ſtinare da famulis tuis vt que a te
iuſſa cognouimus: implere celeſti
inſpiratione valeamus. Per domi

S Icut ceruus (num. Tractus.
deſiderat ad fontem aquarum:
ita deſiderat anima mea ad te deus. V.
Sitiuit anima mea ad deum viuum:
quando veniam et apparebo ante fa:
ciem dei mei. V. Fuerunt michi la:
chꝛime mee panes die ac nocte: dum di
citur michi per ſingulos dies vbi eſt de
us tu⁹. Deĩde he due oꝛõnes dĩr ſub
vno Per dñm. ⁊ ſub vno. Dñs⁹. Or.

C Oncede q̃s omp̃s deus: vt q̃
ſolẽnitatem doni ſancti ſpi:
ritus colimus celeſtibus deſiderijs
accenſi fontem vite ſitiamus dñm
noſtrum ieſum chꝛiſtũ filiũ tuum.

O Mp̃s ſempiterne deus q̃ paſ:
chale ſacramẽtum quinqua:
ginta dierũ voluiſti myſterio cõtu

erit: p̄ſta q̄s/ vt gentiū facta diſperſio
diuiſione linguarū ad vnā ɔfeſſionē
tui noīs celeſti munere ɔgregetur.
Per dn̄m. Deīde ſequatur letanie
⁊ bn̄dictio fontiū ſicut i vig.
paſ. eodē vʒ mō ⁊ ordīe i eūdo et redeundo
⁊ i ſtat. i redeūdo di. Rex ſanctoꝝ.
⁊ poſtea incipiatur miſſa. Kyrie
el. ⁊ interim dicat ſacerdos Confiteor.
⁊c. more ſolito Sequat̄ Gloria
i excelſis. Tūc oēs genuflecteret
exuentes cappas nigras et pulſētur
oēs cāpane. deinde di. Dn̄s vo. Orō.
Preſta q̄s oīps deꝰ/ vt claritatis
tue ſup nos ſplēdor effulgeat
⁊ lux tue lucis corda eoꝝ q̄ per
gratiā tuā renati ſūt ſcti ſpūs illuſtratiōe
ɔfirmet. Per dn̄m. in vnitate
eiuſdem. Lcō actuū apl'oꝝ.
19 c. In diebꝰ illis: Factū eſt cum
A apollo eſſet corinthi: et paulus
peragratis ſuperioribus partibus
veniret epheſum/ ⁊ inueniret
quoſdā diſcipulos. Dixitq; ad eos.
Si ſpiritūſctm̄ accepiſtis credētes?
At illi dixerunt ad eum. Sed neq; ſi
ſpiritusſanctus eſt audiuimꝰ. Ille
vero ait. In quo ergo baptizati eſtis?
Qui dixerūt. In iohannis baptiſmate.
Dixit autem paulus. Iohannes
baptizauit baptiſmo penitentie
populū dicēs in eū qui venturus
eſſet poſt ipſū vt crederent: hoc
eſt in ieſum. His auditis baptizati
ſunt in nomine domini ieſu. Et cū
impoſuiſſet illis manus paulus venit
ſpūſſanctus ſuper eos/ ⁊ loquebantur
linguis ⁊ ꝓphetabāt. Erāt
B aūt omnes viri fere duodecim. Ingreſſus
autē paulus ſinagogā:
cū fiducia loq̄batur ꝑ tres menſes.
Diſputans ⁊ ſuadēs: de regno dei.
Lecta epl'a duo clerici de ſecūda forma
in cappis ſericis i pulpito cātēt
hoc Allā. Chorꝰ idē ⁊ ꝓſequat̄. Clerici.
p̄s 117 V. Confitemini domino qm̄ bonꝰ
qm̄ in ſeculum mīa eius. Chorꝰ Allā
cū neu. Itē clerici reincipiūt Allā.
ſine neuma. Deinde ſequat̄ tractꝰ
qui a duobꝰ de ſcd̄a forma i cappis
nigris ad gradū chori totꝰ ⁊ itegre
cātetur/ choro interim ſedēte. Tr.
Laudate dominū omnes gentes p̄s 116
et collaudate eū oēs populi. V.
Qm̄ confirmata eſt ſup nos miſericordia ibidē
eiꝰ: et veritas dn̄i manet i eternū.
Interim vero pcedat dyaconꝰ cū
ſubdi. p mediū cho. more ſolito ſine
cruce ad legēd. euāg. quem pcedāt
duo ceroſe. cereis extinctis: et legat̄
in pulpito more do. Scd̄m iohēm.
In illo tpe: Dixit ieſꝰ diſcipulis 14 c.
ſuis. Si diligitis me: mādata B
mea ſeruate. Et ego rogabo
patrē: et aliū paraclitum dabit vobis
vt maneat vobiſcum in eternū
ſpm̄ veritatis/ quē mūdꝰ nō poteſt
accipere q2 non videt eū nec ſcit eū.
Vos autē cognoſcetis eū: q2 apud C
vos manebit/ et in vobis erit. Nō
vos relinquā orphanos: veniam ad
vos. Adhuc modicū: ⁊ mūdꝰ me: iā
non videt. Vos aūt vidiſtis me: q2
ego viuo ⁊ vos viuetis. In illo die
vos cognoſcetis q2 ego ſū in patre
meo: ⁊ vos i me ⁊ ego i vobis. Qui
habet mādata mea ⁊ ſeruat ea: ille
eſt q̄ diligit me. Qui aūt diligit me
diligetur a pr̄e meo. Et ego diligā
eū: ⁊ māifeſtabo ei meipſuꝫ. Nō di.
Credo. Offa. Emitte ſpiritum tuum p̄s 103
et creabuntur et renouabis faciem terre/
ſit glīa domini i ſecula allā. Secre.
Hoſtias populi tui q̄s dn̄e miſeratꝰ
itēde: ⁊ vt tibi reddantur
accepte ɔſciētias nr̄as ſcti ſpūs
ſalutaris emūdet aduētus. p dn̄m.
in vni. eiuſd. Pref. quotid. Hac die
Sctiſs. et Agnꝰ. ſolēniter dn̄r. Cō.
Ultimo feſtiuitatis die dicebāt ieſus iohā
qui in me credit flumina de ventre eiꝰ 7
fluent aque viue/ hoc autem dixit de F

ſpū quem accepturi erant credentes in eum alleluya alleluya. Poſtcōmunio

PReſta q̄ſo oīps de⁹ vt ſpūſſanct⁹ adueniēs: maieſtatē nobꝫ filij tui manifeſtādo clarificet. Q̄ te. vi

¶ In die penthecoſtes. Officium.

Sap. 1 b SPiritus dn̄i repleuit orbem terrarū alleluya: et hoc qđ cōtinet oīa ſciētiā habet vocꝫ allā alleluya allā. ps. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui hodierna die corda fideliū ſctī ſpūs illuſtratione docuiſti: da nobis in eodē ſpū recta ſapere/ ⁊ de eius ſp̄ recta conſolatiōe gaudere. Per dominū. I vnitate eiuſdē. ¶ Lectio Actuū apl̄orū.

2 ca. 2. A IN diebus illis: Dum cōplerētur dies pēthecoſtes: erant oēs diſcipuli pariter i eodem loco. Et factus eſt repente de celo ſonus tanq̄ aduenientis ſpūs vehemētis: ⁊ repleuit totā domum vbi erāt ſedētes Et apparuerūt illis diſpertite lingue tanq̄ ignis: ſeditqꝫ ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſūt omnes ſpū ſancto: ⁊ ceperūt loq̇ varijs liguis prout ſpūs ſctūs dabat eloq̇ illis. Erāt autem in hierlm habitantes iudei viri religioſi: ex omni natione que ſub celo eſt. Factā aūt hac voce conuenit multitudo ⁊ mente confuſa eſt/ qm̄ audiebat vnuſquiſqꝫ lingua ſua illos loquentes. Stupebāt aūt omnes ⁊ mirabātur ad inuicē dicētes Nōne ecce omnes iſti q̇ loquūtur: galilei ſūt? Et quomodo nos audiuim⁹ vnuſquiſqꝫ liguā noſtram in qua nati ſum⁹? Parthi et medi et elamite: et qui habitant meſopothamiā/ iudeam ⁊ capadociā/ ponthum et aſiā/ phrigiā ⁊ pāphiliā/ egyptum ⁊ partes libie que eſt circa ſirenem ⁊ aduene romani Iudei quoqꝫ ⁊ proſeliti: cretes ⁊ arabes. Audiuim⁹ eos loquētes noſtris liguis: magnalia dei. Alleluya.

v. Emitte ſpiritum tuum et creabunt[ur] ps 103 et renouabis faciē terre. Alleluya. v̄ſ⁹ Spiritus ſanctus procedens a throno apoſtolorum pectora inuiſibili hodie perluſtrauit potentia. Sequentia.

SAncti ſpiritus aſſit nobꝫ gr̄a Que corda noſtra ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cūctis vicijs ſpiritalibus. Spūs alme illuſtrator oīm. Horridas nr̄e mentis purga tenebras. Amator ſancte ſēſator ſemꝑ cogitatuū. Infūde vnctionē tuā clemēs nr̄is ſēſibus Tu purificator omniū flagitiorū ſpūs. Purifica nr̄i oculū interioris hoīs Vt videri ſupremus genitor poſſit a nobis. Mundi cordis quem ſoli cernere poſſunt oculi. Prophetas tu inſpiraſti: vt preconia xp̄i preciniſſent inclyta. Aplos cōfortaſti vti tropheum xp̄i ꝑ totū mundū veherēt. Qn̄ machinā per v̄bum ſuū fecit de⁹ celi t̄re mariū Tu ſuꝑ aquas foturus eas numē tuum expādiſti ſpūs. Tu aīab⁹ viuificādis aquas fecundas. Tu aſpirando das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſum ꝑ linguas mūdum et rit⁹ adunaſti dn̄e. Idolatras ad cultum dei reuocas magiſtrorū optime. Ergo nos ſupplicātes tibi exaudi propicius ſancte ſpūs. Sine quo p̄ces omnes caſſe credūtur ⁊ indigne dei auribus. Tu qui oīm ſclorū ſctōs. Tui noīs docuiſti inſtinctu amplectende ſpiritus. Ipſe hodie apoſtolos chriſti donans munere inſolito: et cūctis inaudito ſeculis. Hunc diem glorioſum feciſti. ¶ Secūdū iohānē

IN illo t̄pe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si q̇s diligit me: 14 c. C

sermonē meum seruabit. Et pater
me⁹ diliget eū: et ad eū veniem⁹/ ⁊
mãsionē apud eū faciem⁹. Qui nō
diligit me: sermones meos non ser
uat. Et sermonē quē audistis nō est
meus: sed eius q̄ misit me p̄ris. Hec
D locutus sū vobis: apd̄ vos manēs.
Paraclyt⁹ aūt sp̄us sctūs quē mit
tet p̄r in noīe meo/ ille vos docebit
oīa/ et suggeret vobis oīa q̄cūq₃ di
xero vobis. Pacē relinquo vob₃: pa
cē meā do vobis. Nō quō mundus
dat: ego do vobis. Nō turbetur cor
vestrum: neq₃ formidet. Audist₃ q2
ego dixi vob₃: vado ⁊ venio ad vos
Si diligeretis me gauderet₃ vtiq₃:
q2 vado ad patrem/ q2 pater maior
me est. Et nunc dixi vobis priusq̄
fiat: vt cum factum fuerit credat₃.
Jam non multa: loquar vobiscū.
Venit enim princeps mundi hui⁹:
et in me non habet quicq̄. Sed vt
cognoscat mundus quia diligo pa
trem: et sicut mandatum dedit mi
ps 67 chi pater: sic facio. Offertoriū Con
firma hoc deus quod operatus es ī no
bis a tēplo tuo quod est in hierusalē: ti
bi offerent reges munera allā. Secr.
MUnera dn̄e q̄s oblata sctifi
ca: ⁊ corda nr̄a sctī sp̄us illu
stratiōe emūda. Per dn̄m. ī vnita.
eiusdē. Pref. Qui ascēdēs. Hec p̄fa.
dr̄ quotidī. p hāc ebdō. ⁊ ī oīb⁹ missis
de sctō sp̄u p totū ānū. Jta q₃ extra
hāc ebdō. non dr̄ hec duo verba ho
dier. die. in p̄fa. Cōicantes ⁊ Hanc
igit. vsq₃ ad festū sctē trini. dr̄ tm̄.
Act. Cōmunio. Factus est repente de celo
2 ca. sonus aduenīētis sp̄us vehemētis vbi
A erant sedentes allā: et repleti sunt om
nes spiritu sancto loquentes magnalia
dei alleluya alleluya. Postcōmunio.
SAncti sp̄s dn̄e corda nr̄a mū
det infusio: ⁊ sui rore₃ intima asp
sione fecūdet. P d̄. in vnitate eiusd.
¶ Feria scd̄a. Ad missam. Officiū.

CIbauit eos ex adi ps.80
pe frumēti allā: ⁊ de
petra melle satura
uit eos alleluya al
leluya alleluya. s
Exultate deo adiuto l cor
ri nostro: iubilate deo iacob. Oratio.
DEus q̄ ap̄lis tuis sctm̄ dedi
sti sp̄m: ⁊cede plebi tue pie pe
titiōis effectū: vt q̄b⁹ dedisti fidem
largiar₃ ⁊ pacē. Lectō Actuū ap̄lor.
IN diebus illis: Aperiens pe 10 c.
trus os suum dixit. Viri fra
tres nobis precepit dominus po
pulo predicare ⁊ testificari: quia i
pse est qui constitutus est a deo iu
dex viuorum et mortuorum. Huic G
oēs ꝓphete testimoniū ꝑhibent: re
missionem peccõr accipere p nomē
eius oēs q̄ credūt in eum. Adhuc lo
quēte petro verba hec: cecidit sp̄us
sctūs sup oēs qui audiebāt verbū.
Et obstupuerūt ex circūcisiōe fide
les q̄ venerāt cū petro: q2 ⁊ ī natio
nes grã sp̄us scti effusa est. Audiebāt
enī illos loquētes liguis: ⁊ magni
ficantes deum. Tūc r̄ndit petrus.
Nunquid aquā quis ꝓhibere potest
vt nō baptizētur hi q̄ sp̄m sctm̄ ac
ceperunt sicut et nos? Et iussit eos
baptizari ī nomine dn̄i nr̄i iesu xp̄i
Alleluya. V. Emitte spiritū tuū ⁊ crea ps 103
buntur: et renouabis faciē terre. Allā
V⁹ Paraclytus spiritus sanctus quē
mittet pater in nomine meo: ille vos do
cebit omnem veritatem. Sequentia.
REsonet sacrata iā turma di
ua symphonia. Repleta gau
dia pusilla e celo reddita. In vnū
congregata apostolorum phalanx
p̄clara expectās munera. Repente
vox diuina paraclytum nunciat in
corda sctōr viscera. Fantur oī lī
gua nonnulla mysteria/ dei q₃ ma
gnalia. Cantica diuina non cessat
reboare/ eius quoq₃ caterua. O ve

us omnis arui te laudat ſol ⁊ luna concrepat vſia cuncta celica ⁊ profunda flumina Te pſallat tellus alma ſydera cuncta clara iubilat/adorat amat redempta omnis quoqꝫ anima Sumens iudea hec inquit execrāda concio vino iſta eſt repleta muſtiqꝫ crapula bachꝰ/ plenos deputat repletos gratia. Stupēs hec petrus diuina myſteria ſupat/ obdurata corda illa⁊ fore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Quās anima nūc noſtra voat carmina deuota quo ſuſcipiat celeſtia habitacula. Pangat omnis corda noſtra ſancta preconia tua vt ſemper pia percipiat cariſmata. Omnē hanc merā ſuſcipe melodiam vt queamus ſcandere luciflua et tua celſa et decora vranica. Dudum ſacrata imbuiſti pectora nūc nos reple lumine polorum ve gaudia cedas perpetua atqꝫ regna. Te decet laus per tempora ⁊ gloria ſydera o ſanctum pneuma Tu animas ⁊ corpora noſtra chriſte poſſideas in ſempiterna doxa. Secūdū iohannem.

3.ca. B IN illo tp̄e: Dixit ieſus cuidā principi phariſeoꝝ. Sic deus dilexit mūdū: vt filiū ſuū vnigenitum daret vt oīs q̄ credit ī eū nō pereat ſed habeat vitā eternā C Nō eni miſit deus filiū ſuū in mūdū vt iudicet mūdū: ſed vt ſaluetur mūdus ꝑ ipſū. Qui credit ī eū: nō iudicaẗ. Qui aūt nō credit iā iudicatus eſt: qꝛ non credit ī noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudiciū: qꝛ lux vēit in mūdum/et dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ lucē. Erāt enim eorum mala oꝑa Omnis ei qui male agit: odit lucē. Et non venit ad lucem: vt nō arguātur oꝑa eius Qui aūt facit veritatē: venit ad lucem vt manifeſtentur eius opera: quia ī deo facta ſūt. Credo. Offertoriū.

Intonuit de celo dominus et altiſſimꝰ p̄.17 dedit vocem ſuam et apparuerunt fōtes aquarum alleluya. Secreta.

PReſta q̄s dn̄e vt ſcd̄m promiſſionē filij tui dn̄i noſtri ieſu xp̄i: ſpūſſctūs et huius nobis ſacrificij copioſus reuelet archanum et omnem reſeret propicius veritatē Per dn̄m. in vnitate eiuſd̄. Oratio. Qui aſcēdēs. et Cōmunicantes. Et Hanc igitur. Communio. Spiritusſanctus docebit vos allā: q̄cunqꝫ dixero vobis alleluya alleluya. ioh. 14 c. Poſtcō. D

PLenū ī nobis dn̄e remedium noſtris redemptionis opare vt habitatōe ſancti ſpiritus digni effici valeamus. per dn̄m. in vnitate eiuſdem. ¶ Feria. iii. Officium.

ACcipite iocunditatē glorie vr̄e allā: gratias agētes deo al. eccle bor. q̄ vos ad celeſtia regna vocauit allā allā allā. Ps. Attēdite p̄77 pp̄le meꝰ legem meam inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Gloria patri. Oratio.

ADſit nobis dn̄e q̄s virtꝰ ſpūs ſctī: q̄ ⁊ corda nr̄a clēmēter expurget/et ab oībꝫ tueaẗ. ꝑ dn̄m. eiuſd̄. Lectio actuum apoſtoloꝝ.

IN diebus illis: Cū audiſſent 8 ca. apoſtoli q̄ erāt hieroſolimis C qꝛ recepiſſet ſamaria vbū dei: miſerūt ad eos petrū et iohānē. Qui cū veniſſēt: orauerūt ꝓ ipſis/vt acciperēt ſpm̄ ſctm̄ Nōdū eni in quēq̄ illoꝝ venerat: ſꝫ baptizati tm̄ erāt in noīe dn̄i ieſu. Tūc iponebāt manus ſup illos: et accipiebāt ſpiritū ſctm̄. Alleluya. Vſus. Emitte ſpiritū tuū et creabūtur ⁊ renouabis faciē tre. Allā. V. Veni ſctē ſp̄s reple tuoꝝ corda fideliū ⁊ tui amoris ī eis ignē accēde. Sequētia.

EYa muſa dic q̄ſo ꝑclara chorea. Blādificaqꝫ libēs pſtrepe organa Aſt modulās tybia reſultet plectro laudūꝫ leta carmina Noſtraqꝫ caterua huius diei eū prepia. Paracliti cariſma hac die alūnos xp̄i plene ītrat. Facto repēte ſono linguis chriſti fanē magnalia. Ueſano plena ructu perfidia. muſto alumnos mādere putat ſpiritus gratia ardentes quos reddit feruida. Anaſtaſi peracta quinquagena miſticus penetrat ſpūs pectorū intima oppido reddens flāmantia. Mox egreſſi omnes vna terra peragrant arua infundētes vbi ſemina. Miſtica patrantes ſigna ſuperno rore noua bibula madidāt īntima Ecce xp̄e nūc caterua tua In hac aula decantant cātica. Ut celeſti permixta agmini īdiſcrete dicat noua tibi promēs cātica. Sit perēnis dn̄o glīa. Decꝰ honor poteſtas per ſecula. Qui tribuit ſpiritꝰ graciam oībus per arua qui ſequūtur eius monita. Poſcimus oēs vna ſupplices magnalia. Ut ſctūs nr̄a ſpūs emundans intima. Illuſtret clare ſophia allā. Scd̄m iohānem.

10.c. A In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amē amē dico vobis qui nō intrat ꝑ hoſtiū ī ouile ouiū ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro. Qui aūt intrat per hoſtiū: paſtor eſt ouiū. Huic hoſtiariꝰ aperit et oues vocē eiꝰ audiūt. Et ꝓprias oues vocat noīatī: ⁊ educit eas. Et cum ꝓprias oues emiſerit: āte eas vadit. Et oues illū ſequūt: q2 ſciūt vocē eius. Alienū aūt nō ſequūtur ſed fugiūt ab eo/ q2 nō nouerūt vocē alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiū dixit eis B ieſus Illi aūt nō cognouerūt: quid loqueretē eis Dixit ergo eis iterum ieſus. Amē amē dico vobis: q2 ego ſum hoſtiū ouiū. Oēs quotquot venerūt fures ſūt ⁊ latrones: ſꝫ non audiuerūt eos oues. Ego ſū hoſtiū Per me ſi q̄s ītroierit ſaluabitē: et īgredietē/ ⁊ egredietē ⁊ paſcua īueniet. Fur non venit niſi vt furetur: ⁊ mactet et perdat. Ego veni vt vitā habeant: et abundantius habeant ¶ Credo Offꝛ. Portas celi aperuit dominus et pluit illis manna vt ederent: panem celi dedit eis panem angeloꝝ mādūcauit homo alleluya. Secreta. p̄ 77

Deſcēdat q̄s dn̄e ſpūſſctūs ī per hoc altare: q̄ et dona populi tui ſanctificet: ⁊ ſumentiū corda placatus emundet. per dn̄m. in vnitate eiuſd. Coīo. ioh. 16.c. Spiritus qui a patre ꝓcedit alleluya: ille me clarificabit alleluya alleluya. Poſtcōmunio. C

Mentes nr̄as q̄s dn̄e ſp̄s ſctūs diuinis reparet ſacramētis: q2 ipſe ē remiſſio oīū pctoꝝ. ꝑ d. ī vni.

¶ Fe. iiij. quatuor tēporum nō dr̄ alia magna miſſa q̄ de ieiunio nec ī. vi. fe. nec ī ſab. ſcd̄ꝫ vſū ſar. Offi.

Deꝰ dū egredereris coram ꝓplo tuo allā iter faciēs eis alleluya habitans in illis alleluya allā. ps. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eiꝰ. p̄ 67 eccle voꝛ.

Kyrie el. cum ſuis verſibꝰ dr̄. ſtatim ſonatur. Gloria ī ex. non dr̄. Dn̄s vobiſcū ſed tm̄. Oremus. Oratio.

Preſta q̄s oīps deus: vt a noſtris mētibus carnales amoueat ſpūſſanctus affectus: et ſpūalia nobis dona potenter infundat per dn̄m. eiuſdē. Lectio lib. ſapien. 1.ca. A

Diligite iuſticiā qui iudicatis terrā. Sentite de dn̄o ī bonitate: ⁊ ī ſimplicitate cordis querite illum. Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum apparet autem eis qui fidem habent in illum. Peruerſe enim cogitationes ſeparant a deo: probata autem virtus coꝛripit inſipientes. Qm̄ in maliuolā animam non introibit ſapiētia: nec habitabit in coꝛpoꝛe ſubdito B pctīs. Sāctus enī ſpiritus diſcipline effugiet fictum: ⁊ auferet ſe a cogitationibus que ſunt ſine intellectu/ ⁊ coꝛripietᷣ a ſupueniēte iniquitate. Benignꝰ eſt ei ſpūs ſapiētie: ⁊ nō liberabit maledictum a labĳs ſuis. Qm̄ renū illius teſtis eſt deus: ⁊ coꝛdis eiꝰ ſcrutatoꝛ eſt verꝰ et lingue eiꝰ auditoꝛ. Qm̄ ſpūs dn̄i repleuit oꝛbē terraꝝ: ⁊ hoc qđ continet oīa ſciētiam habet vocis. Et legatᷣ ab accolito ſuppellicio induto ī pulpito. Deīde tres clerici ibi-H 103 dē dicant Allā. V. Emitte ſpiritū tuū et creabuntur et renouabis faciem terre. Non repetatur Allā. Sequatur Dn̄s vobiſcū. et Oremus. Oratio.

Mentes noſtras queſumꝰ dn̄e ſpiritus paraclitꝰ q̄ a te procedit illuminet: et inducat in omnem ſicut tuus pꝛomiſit filius veritatem. Qui tecum. ī vnitate eiuſdē.

¶ Lectio actuum apoſtoloꝛum.

2 ca. In diebꝰ illꝭ: Stans petrꝰ cū vndeci: eleuauit vocē ſuam ⁊ locutus eſt eis. Viri iudei et q̄ habitatis hiřlm vniuerſi: hoc vobis notū ſit/ ⁊ auribꝰ ꝑcipite verba mea. C Nō enī ſicut vos eſtimaſtis hi ebrĳ ſunt/ cū ſit hoꝛa diei tercia: ſed hoc eſt qđ dictū eſt ꝑ ꝓphetam iohel. Et erit in nouiſſimis diebus dicit dn̄s effundā de ſpū meo ſup omnē carnē/ ⁊ ꝓphetabūt filĳ vr̄i ⁊ filie vr̄e. Et iuuenes vr̄i viſiones videbūt: et ſeniores vr̄i ſomnia ſōniabunt. Et q̄dem ſup ſeruos meos: ⁊ ſuper ācillas meas in diebus illis effundā de ſpiritu meo/ ⁊ pꝛophetabūt. Et dabo ꝓdigia ī celo ſurſum et ſigna in terra deoꝛſū: ſanguinē ⁊ ignē ⁊ vapoꝛē fumi. Sol cōuertetur in tenebras ⁊ luna ī ſāguinē: ātequā veniat dies dn̄i magnus/ ⁊ manifeſtus. Et erit. Omnis quicunqꝫ inuocauerit nomē domini: ſaluꝰ erit. Alleluya. Verſus. Loquebantur variis linguis apoſtoli magnalia dei. Repetatur. Alleluya. Sine neuma. Sequentia.

Lux iocūda lux inſignis qua de thꝛono miſſus ignis ī xp̄i diſcipulos. Coꝛda replet liguas ditat ad concoꝛdes nos inuitat ligua coꝛdis modulos. Chꝛiſtus miſit qđ pꝛomiſit pignus ſponſe quam reuiſit die quinquageſima. Poſt dulcoꝛem melleum petra fudit oleum petra iam firmiſſima. In tabellis ſaxeis nō in linguis igneis lex de mōte populo. Paucis coꝛdis nouitas: ⁊ linguarum vnitas datur in cenaculo. O q̄ felix q̄ feſtiua dies in qua pꝛimitiua fundatur eccleſia. Viue ſunt pꝛimitie naſcētis eccleſie tria pꝛimum millia. Panes legis pꝛimitiui. ſub vna ſunt adoptiui fide duo populi. Sed duobus interiecit ſicqꝫ duo vnum fecit lapis caput anguli. Utres noui non vetuſti ſunt capaces noui muſti vaſa parat vidua. Liquoꝛē dat helyſeꝰ nobis ſacrum roꝛē deus ſi coꝛda ſint cōgrua. Nō hoc muſto vel liquoꝛe nō hoc digni ſumus roꝛe ſi diſcoꝛdes moꝛibus. In obſcuris ⁊ diuiſis nō poteſt hec paracliſis habitare coꝛdibus. Conſolatoꝛ alme veni liguas reple coꝛda leni nichil fellis aut veneni ſub tua pꝛeſentia. Nil iocundum nil amenum nil ſalubꝛe nil ſerenum nichil dulce nichil plenū ſine tua grā. Tu lumē es et vnguentum tu celeſte condimētum aque ditās alimētū virtute miſterii. Noua ſcti creatura te laudamus mēte pura gratie nūc ſꝫ natura priꝰ ire filĳ. Tu q̄ datoꝛ es et donū noſtri coꝛdꝫ omne bonum coꝛ ad laudē redde pꝛonum noſtre lingue foꝛmans ſonū in tua preconia. Tu purga nos a pctīs auctor ipſe pietatis et in xp̄o renouatis da perfecte nouitatis plena nobis gaudia. Secundum iohannē.

6.ca. E IN illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: ⁊ turbis iudeorū. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater qui miſit me traxerit eū. Et ego reſuſcitabo eum: in nouiſſimo die. Eſt ſcriptū in prophetis. Et erunt omnes: docibiles dei. Omnis q̄ audiuit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Non q̄ patrem vidit quiſq̄: niſi is qui eſt a deo/ hic videt patrē. Amen amen dico vobis: q̄ credit in me habet vitā eternā. Ego ſum panis vite. Patres veſtri mādučauerūt māna in deſerto: et mortui ſūt. Hic eſt panis de celo deſcendēs: vt ſi quis ex ipo manducauerit nō moriatur. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quē ego dabo caro mea eſt: pro mundi vita. Credo. Offertorium

p̄ 118 Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi alleluya. Secreta.

OBlata tibi domine q̄s munera ſpiritusſctūs ſanctificet: ⁊ eoꝝ nos participatio ab oīm pctōrū cōtagione cuſtodiat. Per. Cōio.

ioh. 14 c. Pacem meam do vobis allā: pacem relinquo vobis allā allā. Poſtcōmunio

D PEr huius dn̄e virtutē miſterij tue nos claritatis perpetuus ſplendor illuſtret: et cū cōſubſtātiali tibi filio gratia ſpiritusſancti illuminet. Per eūdem. eiuſdem.

Sap̄ 1.ca. ¶ Feria. v. Officiū. Spiritus. vt ſ. Kyrie eleyſon. ſine verſibus. Orō.

B PReſta q̄s omnip̄s ⁊ miſericors deus: vt ſpūſſctūs adueniēs templum nos glorie ſue dignanter inhabitādo pficiat. Per dominum no. eiuſdē. ¶ Lectio actuū aploꝝ.

IN diebus illis: Philippus de- 8 ca. A ſcendēs in ciuitatē ſamarie predicabat illis chriſtum. Intendebant aūt turbe his q̄ a philippo dicebantur: vnanimiter audiētes et videntes ſigna que faciebat corā illis. Multi enim eoꝝ qui habebant ſpiritus immundos: clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralitici ⁊ claudi: curati ſunt. B Factū eſt ergo gaudiū magnū: ī illa ciuitate. Allā. V⁹. Emitte ſpiritum tuū et creabuntur: et renouabis faciē terre. Allā. p̄ 103 V. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpūs vehementis. Seq̄ntia

ALma chor⁹ dn̄i nunc pangat nomina ſummi Meſſias/ ſother/ emanuel/ ſabaoth/ adonay. Eſt vnigenitus/ via/ vita/ manus omouſyon. Principium/ primogenitus/ ſapiētia/ virtus. Alpha/ caput/ finiſq̄ ſimul vocitatꝰ et eſt oo. Fōs ⁊ origo boni/ paraclyt⁹ ac mediator. Agnus/ ouis/ vitulus/ ſerpens/ aries/ leo/ vermis. Os/ vbū ſplēdor/ ſol/ gloria/ lux et ymago. Panis/ flos/ vitis/ mōs/ ianua/ petra/ lapiſq̄. Angelus ⁊ ſpōſus/ paſtorq̄ propheta/ ſacerdos. Athanatos/ kyrios/ theon/ panthon/ craton/ ⁊ yſ⁹. Saluificet nos. Sit cui ſecla. Per oīa doxa. Secundū lucā.

IN illo tp̄e: Conuocatis ieſus 9 ca. A duodecī diſcipulis: dedit illis virtutē ⁊ poteſtatē ſuper oīa demonia ⁊ vt languores curarēt. Et miſit eos p̄dicare regnū dei: ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis ī via: neq̄ vgā/ neq̄ perā/ neq̄ panē: neq̄ pecuniā/ neq̄ duas tunicas habeatis. Et ī quācūq̄ domū ītraueritis: ibi manete/ ⁊ inde ne exeatis. Et q̄cūq̄ nō receperint vos: exeūtes de ciuitate illa/ etiā puluerē pedū veſtroꝝ excutite/ in teſtimoniū ſupra illos. Egreſſi aūt circuibant

per caſtella: euãgelizantes ⁊ curã-
ꝑ 67 tes vbiq;. Credo. Offẽ. Confirma
hoc deus quod operatus es in nobis a
templo tuo quod eſt in hierl'm tibi offe
rent reges munera alleluya. Secreta

Virtute ſcti ſpũs dñe munera
noſtra ꝯtinge: vt qđ ſolenni
tate p̄ſenti tuo noĩ dicauit et itelli
gibile nob; faciat et eternũ. per d.
Act. in vni. eiuſdẽ. Cõ. Factus eſt repẽte
2 ca. de celo ſonꝰ aduenĩẽt ſpũs vehemẽt vbi
A erãt ſedẽtes allã. ⁊ repleti ſunt oẽs ſpũ
ſctõ loquẽtes magnalia dei. Poſtcõio

Sacrificiis celeſtibꝰ q̃s domĩe
operante ſpiritu ſcto vicia
noſtra purgentur: vt muneribus
tuis ſemper poſſimus aptari. Per
dñm noſtrum. in vnitate eiuſdem.

¶ Feria ſexta. Ad miſſam Officiũ.

ꝑ 07 Repleatᷣ os meũ lau
de tua allã vt poſſi
cãtare allã gaude-
bũt labia mea dũ
cãtauero tibi allã
lerõ allã. ℣. In te dñe ſpe
raui nõ ꝯfũdar ieter
nũ i iuſticia tua libera me ⁊ eripe me. Or.

Da q̃s eccl'ie tue miſericors deꝰ
vt ſpiritu ſancto cõgregata
hoſtili nullatenus incurſiõe turbe
tur. per dominum. in vnitate eiuſ-
dem. Lectio actuum apoſtolorum.

2 ca. In diebus illis Aperiẽs petrꝰ
os ſuũ dixit. Viri iſrl'ite: au-
D dite v̄ba hec. Ieſũ nazarenũ/ virũ
approbatũ a deo i vobis virtutibꝰ
et ꝓdigiis ⁊ ſignis q̃ fecit ꝑ illũ deꝰ
i medio vr̃i/ ſicut vos ſcitis. Hũc defi
nito ꝯſilio ⁊ p̄ſciẽtia dei: traditũ ꝑ
manꝰ iniquorũ affigẽtes iteremiſtis
Quẽ deꝰ ſuſcitauit ſolutis dolori-
bus iferni: iuxta qđ ipoſſibile erat
teneri illũ ab eo. Dauid eni: dicit i
15. eũ. Prouidebã dñm corã me ſp: qm̃
a dextris ẽ michi ne ꝯmouear. Propt
hoc letatũ eſt cor meũ: et exultauit
lingua mea/ inſup ⁊ caro mea reque
ſcet i ſpe. Qm̃ nõ derelinques aĩam
meã in inferno: nec dabis ſctm̃ tuũ
videre corruptionẽ. Notas michi E
feciſti vias vite: replebis me iocun
ditate: cum facie tua. Allã. ℣. Emit ꝑ 103
te ſpm̃ tuum et creabuntur: et renoua-
bis faciẽ terre. Allã. ℣. Spũs dñi reple
uit orbem terrarũ: et hoc qđ continet
oĩa ſcientiam habet vocis. Sequẽtia

Laudes deo deuota. Dulci vo
ce ac ſonora. Plebs reſultet
catholica. Spũs ſcti gr̃a Ap'lis die
hodierna. In igneis linguis eſt in
fuſa. Paracliti preſentia. Emũdet
nos a pcti macula. Pura ſibi aptãs
habitacula Cariſmatũ ac munera
Pectoribus noſtris pius infundat
Vita noſtra ei vt ꝯplaceat per ſecu
lorum ſecula. Conclamemus allã.
Sit deo laus poteſtas honor vir-
tus et gloria. ¶ Secũdum lucam.

In illo tp̃e: Factum eſt i vna 5. ca.
dierũ: ⁊ ieſꝰ ſedebat docẽs. Et D
erãt phariſei ſedẽtes et legiſdocto-
res: q venerãt ex oĩ caſtello galilee
et iudee ⁊ hierl'm. Et virtꝰ dñi erat
ad ſanãdũ eos. Et ecce viri portan
tes i lecto hoĩem q̃ erat paraliticꝰ
et querebant eum iferre/ ⁊ ponere
ante eũ. Et nõ iueniẽtes qua parte
illum inferrẽt pre turba aſcenderũt
ſupra tectũ/ et per tegulas ſũmiſe-
rũt illũ cũ lecto/ i medio ante ieſũ.
Quorum fidẽ vt vidit: dixit. Ho- E
mo: remittũtur tibi pctã tua. Et ce
perunt cogitare ſcribe et phariſei:
dicẽtes. Quis eſt hic qui loquitur
blaſphemias? Quis poteſt dimitte
re peccata. niſi ſolꝰ deꝰ? Vt cogno
uit autem ieſus cogitationes eorũ:
rñdens dixit ad illos. Quid cogita
tis mala i cordibus veſtris? Quid
eſt facilius dicere dimittũtur tibi
peccata. an dicere ſurge ⁊ ambula
Vt aũt ſciatis quia filiꝰ hominis

habet poteſtatē ī terra dimittendi pctā: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectum tuū ⁊ vade ī domū F tuā. Et ꝯfeſtī ſurgēs corā illis tulit lectum in quo iacebat: et abijt ī domum ſuam magnificās deū. Et ſtupor apprehendit oēs: et magnificabant deū. Et repleti ſunt timore dicentes: q2 vidim⁹ mirabilia hodie.

p̄s 145 Credo. Offic. Lauda anima mea dominū laudabo dñm in vita mea pſallā deo meo q̄diu ero. alleluya. Secreta.

Sacrificia dñe tuis oblata cōſpectib⁹ ille ignis diuin⁹ abſumat q̄ diſcipuloꝝ xp̄i tui ꝑ ſp̄z ſanctū corda ſuccēdit per eūdē. in vni. eiuſdē. Cōio. Spūs dei vbi vult ſpirat et vocē ei⁹ audis allā: ſ3 neſcis vnde veniat aut quo vadat allā. Poſtcōmu.

Concede q̄s ōps de⁹: vt hui⁹ perceptiōe ſacramēti ita noſtre fragilitatis vicia expurgētur: quatenus per ſpiritū ſanctū repromiſſum ī nobis donum tue gratie ſentiamus. per dominū. eiuſdem.

¶ Sabbato quattuor tp̄m. Offm.

ro. 5. A Caritas dei diffuſa ē ī cordib⁹ vr̄is allā ꝑ inhabitātē ſp̄m ei⁹ ī vobis alleluya alleluya. ps. Domine de⁹ ſalut⁹ mee: ī die clamaui ⁊ nocte corā te. Kyrie el. Solēniter dicitur abſq3 vſu. Sequatur. Gl'ia ī excelſis ſicut ſcr̄a cū regimine chori. Oēs orōnes ſub vno Dñs vobiſ. dñr ꝓter vltimā q̄ eſt ante epyſtolā ſed tantū cum Oremus. ⁊ oēs lc̄ cū ſuis titulis legant ad gradū cho. ī ſuperpelliceis. Prima vero ab accolito: ⁊ alie a clericis de ſecunda forma legāt. tn̄ quinta lec. ab aliquo de ſuꝑiori gradu legat. Et ſingula Alleluya a duobus pueris in ſuperpelliceis ibidē cantētur ſine repeticione Alleluya poſt ſuū. v. Oratio.

Mentibus noſtris q̄s dñe ſpiritū ſanctū benign⁹ infunde cuius ⁊ ſapientia cōditi ſum⁹: et ꝓuidentia gubernamur. per dñm. eiuſdem. ¶ Lectio iohelis ꝓphete.

Hec dicit dñs deus. Effundam 2 ca. de ſpū meo ſup oēm carnē: et B prophetabunt filij veſtri ⁊ filie vr̄e. Senes veſtri ſōnia ſomniabūt ⁊ iuuenes veſtri viſiōes vidēbūt. Sed ⁊ Acti 2 c ſuper ſeruos meos ⁊ ancillas meas in dieb⁹ illis effundā de ſpū meo: ⁊ prophetabūt. Et dabo ꝓdigia ī celo ſurſum: et ſigna ī terra deorſum ſanguinē et ignē et vaporem fumi. Sol cōuertetur ī tenebras et luna ī ſanguinē: anteq̄ꝫ veniat dies dñi magnus et horribilis. Et erit. Oīs quicūq3 inuocauerit nomē dñi: ſaluus erit. Alleluya. v. Emitte ſpiritū tuum ⁊ creabuntur et renouabis faciē terre. Nō repetatur. Allā. poſt verſum ſed dicitur. Oremus. Oratio.

Illo nos igne q̄s dñe ſpūs ſanctus īflāmet. quē dñs noſter ieſ⁹ xp̄s miſit ī terrā ⁊ voluit vehementer accendi. Qui tecū. ī vnita. eiuſdem ſpūs. Lectō libri leuitici.

In dieb⁹ illis: Locut⁹ eſt dñs 23. c. ad moyſē dicens. Loq̄re filijs B iſrael: et dices ad eos. Cū ingreſſi fueritis terrā quā ego dabo vobis ⁊ meſſueritis ſegetē feretis manipulos ſpicaꝝ ꝑmitias meſſis vr̄e ad ſacerdotē. Qui eleuabit faſciculū corā dño vt acceptabil3 ſit pro vobis altero die ſabbati: et ſctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipſo die/ in quo obtuliſtis manipulos ꝑmitiaꝝ: ſeptē ebdomadas plenas vſq3 ad alterā diem expletiōis ebdomade ſeptime. Et ſic offeretis ſacrificium nouū dño: C ex oībus habitaculis vr̄is. Panes primitiaꝝ duos de duabus decimis ſimile: quos eleuabit ſacerdos coram domino. Et vo

cabitis hunc diē celeberrimū: atqꝫ ſanctiſſimum. Omne opus ſeruile non facietis ī eo. Legitimum ſempiternum erit: in cūctis habitaculis et generationib⁹ veſtris. Dicit
ecclā dñs: omīps. Allā. ꝟſus. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Oīo.

Deus qui ob animarū medelam ieiunij deuotione caſtigari corpore precepiſti: cōcede nobis propicius/ et mente et corpore ſemper tibi eſſe deuotos. Per dominum. ¶ Lectio libri deuteronomij

26 c. A In dieb⁹ illis: Dixit moyſes filijs iſrael. Audi iſrael q̄ ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terrā quā dñs de⁹ tuus tibi daturus eſt poſſidendā/ ⁊ obtinueris eā atqꝫ habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias ⁊ pones in cartallo. Pergeſqꝫ ad locum quē elegerit dñs deus tuus: vt ibi inuocetur nomen ei⁹. Accedeſqꝫ ad ſacerdotē qui fuerit in diebus il-
B lis: et dices ad eū. Profiteor hodie corā dño deo tuo q̄ exaudiuit nos: et reſpexit humilitatē noſtrā/ ⁊ laborē atqꝫ āguſtias/ ⁊ eduxit nos de egypto in manu forti et brachio extēto. In ingēti pauore/ ī ſignis atqꝫ portētis: et ītroduxit nos ad locū iſtū/ ⁊ tradidit nobis trā lacte ⁊ melle manātem. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre: quā dñs de⁹ tu⁹ dedit michi. Et dimittes eas: ī cōſpectu dñi dei tui. Et adorabo dño deo tuo: epulaberis ī oībus bonis que domin⁹ deus tuus dederit tibi. Alleluya. ꝟ Loquebantur variis linguis apoſtoli magnalia dei. Oratio.

Preſta q̄s omīps deus: vt ſalutarib⁹ ieiunijs eruditi ab omnibus etiam vicijs abſtinētes propiciationem tuam facilius īpetremus. Per dñm. Lctō libri leuitici.

In diebus illis: Dixit dñs ad 26. c.
moyſē. Loquere filijs iſrael: A
et dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis/ ⁊ mādata mea cuſtodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tp̄ib⁹ ſuis/ et terra gignet germē ſuū/ et pomis arbores replebūtur. Apphēdet meſſium tritura vindemiā. et vīdemia occupabit ſementē. Et comedetis panem veſtrū in ſaturitate: et abſqꝫ pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finib⁹ vr̄is: dormietis ⁊ nō erit q̄ exterreat. Auferam malas beſtias a vobis: ⁊ gladius non tranſibit terminos vr̄os. Perſeq̄mini inimicos vr̄os: ⁊ corruent corā vobis
Perſequentꝰ quinqꝫ de vr̄is cētū alie- B
nos: ⁊ cētū de vobis decē milia. Cadēt inimici vr̄i: ī cōſpectu vr̄o gladio. Reſpiciā vos: ⁊ creſcere faciā. Multiplicabimini: et firmabo pactum meū vobiſcū. Comedetis vetuſtiſſima veterū: ⁊ vetera nouis ſuperuenīētib⁹ proijcietis. Ponā tabernaculū meū in medio veſtri: et non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos et ero veſter de⁹: voſqꝫ eritis michi populus meus.
Dicit dñs omnipotēs. Allā. ꝟ. Fa- Act.
ctus eſt repente de celo ſonus adueni- 2 ca.
entis ſpiritus vehementis. Oratio.

Preſta q̄s omīps deus: ſic nos ab epulis carnalib⁹ abſtinere: vt a vicijs irruētibus pariter ieiunem⁹. per. Lctō danielis p̄phete

Angelus dñi deſcēdit cū aza- 3 ca.
ria ⁊ ſocijs ei⁹ in fornacem: B
et excuſſit flāmā ignis de fornace/ et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantē. Flāma aūt diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: ⁊ incēdit quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis/ qui eā incendebant. Illos autē oīno non tetigit ignis

neq₃ contriſtauit: neq₃ quicq̃ moleſtie ītulit. Tūc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt et glĩficabãt: et bñdicebãt deum in fornace dicẽtes. Hic finiatur in aduẽtu:

dan. i.ca. E Bñdict⁹ es domine deus patrum noſtrorũ: ⁊ laudabilis et glorioſ⁹ et ſuperexaltatus in ſecula. Et bñdictum nomen glorie tue quod eſt ſctm̃: ⁊ laudabile ⁊ ſuperexaltatum in omnibus ſeculis. Bñdict⁹ es in tẽplo ſctõ glĩe tue et ſuperlaudabilis ⁊ ſupergloriof⁹ in ſecula. Bñdict⁹ es in throno regni tui: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es ſuꝑ ſceptrũ regni diuinitatis tue: ⁊ ſuperlaudabilis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos ⁊ ſedes ſuꝑ cherubin: ⁊ laudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Bñdictus es qui ambulas ſuꝑ pennas vẽtoꝝ ⁊ ſuꝑ vndas maris: ⁊ ſuꝑlaudabilis ⁊ ſuperexaltat⁹ ĩ ſecula. Hic finiatur in quadrageſima. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et glorioſus in ſecula.

Si ſacerdos deficiat ſiue moriatur ante canonem non eſt neceſſe vt alius miſſam compleat. Si tamen alius vult celebꝛare debet ab initio miſſam reincipere: et totũ rite peragere. Si autem in canone deficiat factis iam aliquibꝰ ſignis: tamẽ ante trãſſubſtãtiationẽ et conſecrationem ſacramenti: tũc aliꝰ ſacerdos ab illo loco: vbi ille dimiſit debet reincipere: et tãtũ illud ſupplere quod omiſſum eſt. Si autem ſacerdos in actu cõſecrationis deficiat verbis aliquibꝰ iam in parte pꝛolatis ſed in toto non completis ſecundum Innocentium: alius ſacerdos debet incipere ab illo loco

Qui pꝛidie ꝗ̄ pateret᷑. Si tamē ſacerdos deficiat ꝯſecrato coꝛpoꝛe ſed nō ſāguine ali⁹ ſacerdos cōpleat cōſecrationē ſāguinis icipiēs ab illo loco Simili modo. Si ꝯſecrato coꝛpoꝛe ꝑcipiat vinū nō eſſe i calice debet hoſtia mūde reponi i coꝛpoꝛali et calice rite ꝑparato icipiat ab illo loco Simili modo. Si ante cōſecrationē ſāguinis ꝑcipiat aquā nō eſſe in calice: debet ſtati apponere ⁊ cōſicere. Si aūt poſt ꝯſecrationē ſāguinis ꝑcipiat ꝙ aquā deſit i calice debet nichilomin⁹ ꝓcedere: nec debet miſcere aquā cū ſāguine: qꝛ ꝑ parte ſequeretur coꝛruptio ſacramēti: debet tamē ſacerdos dolere ⁊ puniri Si poſt ꝯſecrationē ſāguinis ꝑcipiat ꝙ vinū nō fuerit poſitū ſed aqua tm̄ in calice ſiquidē hoc ꝑcipit ante ſūptionē coꝛpoꝛis debet aquā deponere ⁊ iponere vinū cū aqua ⁊ reſumere cōſecrationē ſāguinis ab illo loco Simili modo. Si ꝑcipiat hoc poſt ſūptionē coꝛpoꝛis debet apponere de nouo aliā hoſtiā iterū cū ſāguine ꝯſecrādā ſcḋꝫ doctoꝛes i ſacra pagina: debet aūt reſumere verba ꝯſecratiōis ab illo loco Qui pꝛidie. i fine aūt iterū debet ſumere hoſtiā illā vltio ꝯſecratā: nō obſtāte ſi pꝛi⁹ ſūpſit aquā ⁊ etiā illū ſāguinē. Innocēti⁹ tamē dicit ꝙ ſi ex ꝓlōgatiōe ſacerdos timet ſcādalū ꝙ ſufficiūt tm̄ illa verba ꝑ que ꝯſecrat᷑ ſāguis. ſcilꝫ Simili mō. ⁊ ſic ſumere ſāguinē. Quid aūt faciet cū aquā ſūpto coꝛpoꝛe iā habet i oꝛe ⁊ iā pꝛimo ſētit ꝙ ſit aqua: vtrū debeat eā deglutire vel emittere. Reqre i ſūma hoſtiē. i titu. de cele. miſſa. Tuti⁹ tamē eſt eam deglutire ꝗ̄ emittere et hoc ideo ne aliqua particula coꝛpoꝛis cū aqua exeat. Itē ſi ſacerdos poſt cōſecrationē recoꝛdet᷑ ſe nō eſſe ieiunū vel cōmiſiſſe aliquod pctm̄ vel eſſe excōmunicatū: debet nichilomin⁹ pꝛocedere cū ꝓpoſito ſatiſfaciēdi ⁊ abſolutionē ipetrādi. Si aūt ante cōſecrationē recoꝛdet᷑ ꝑdictoꝝ tuti⁹ eſt miſſā iceptā deſerere ⁊ abſolutionē petere niſi inde graue ſcādalū oꝛiat᷑. Itē ſi muſca vel aranea vl̄ aliqd taliū ante ꝯſecrationē in calicē ceciderit vel etiā venenū imiſſū foꝛe depꝛehēderit: vinū debet effūdi qḋ eſt i calice ⁊ abluto calice aliud vinū cū aqua poni ad ꝯſecrādū. Sed ſi aliqḋ hoꝝ poſt ꝯſecrationē acciderit debet muſca vel aranea vl̄ aliqd taliū caute capi ⁊ diligēter inter digitos pluries lauari: ⁊ ꝟmis ꝯburi ⁊ ablutio cū cinerib⁹ cōbuſtis i ſacrario reponi. Venenū aūt nullomodo debet ſumi ſꝫ cū reliquijs debet ſāguis talis cui venenū eſt imiſſū in vaſculo mūdo cōſeruari. Et ne ſacramētū maneat iperfectū debet calicē denuo rite ꝑparare ⁊ reſumere ꝯſecrationē ſāguinis ab iſto loco Simili modo Et nota ꝙ ſcḋꝫ doctoꝛes nichil abominabile ſumi debet occaſiōe hui⁹ ſacramēti Itē ſi ſacerdos nō recolit ſe dixiſſe aliqd hoꝝ que debuit dicere: nō debet inēte turbari nō eni qui multa dicit ſēꝑ recolit q̄ dixit. Etiā ſi ſibi ꝓ certo cōſtat: ꝙ aliqua omiſerit ſi talia nō ſūt de neceſſitate ſacramēti. ſicut ſūt ſecrete vel aliqua verba canonis vltra ꝓcedat nec aliqd reſumat Si tamē ꝓbabiliter ſibi cōſtat ꝙ omiſit aliquid qḋ ſit de neceſſitate ſacramēti ſicut foꝛma verboꝝ ꝑ quā ꝯſecrat᷑: oīa verba ꝯſecrationis ſuper ſuā materiā reſumere debet qꝛ cōſecratio facta nō eſſet qḋ tamē nō opoꝛtet ſi pꝛetermiſſa eſſet Cōiūctio eni vel alia verba q̄ precedūt vel ſequūt᷑ foꝛmā nō ſūt de ipſius ſubſtātia. Si aūt ſacerdos dudicaret an aliq̄d verbū pertinēs ad ſubſtantiā foꝛme omiſiſſet vel non nullatenꝰ debet ſeruare foꝛmā conditionalē ſꝫ ſine temeraria aſſertione foꝛmā totā ſuꝑ ſuā ꝓpꝛiā materiā debet reſumere: cū hac intētione ꝙ ſi ꝯſecratio eſſet fctā nullomodo voluiſſet ꝯſecraſſe ſꝫ ſi ꝯſecratio nō eſſet facta vellet coꝛpꝰ et ſāguinē cōſecrare. Itē ſi qs tp̄e cōſecrationis ab actuali intētione ⁊ deuotione diſtractus fuerit nichilominus conſecrat dūmodo intētio habitualis in eo remanſerit: ſūmo ſacerdote ſcilicet xp̄o ſupplēte eiꝰ defectū. Si aūt per nimiā diſtractionē habitualis intentio cū actuali tolleretur videt̃ ꝙ deberet v̄ba ꝯſecratiōis cū actuali intētiōe reſumere ſic tamē ꝙ nollet cōſecrare ſi cōſecratio facta eſſet. Itē ſi hoſtia cōſecrata ꝓpter frigꝰ vel alia de cauſa labit̃ ſacerdoti in calicē ſiue āte diuiſionē hoſtie ſiue poſt nō debet eā de ſāguine extrahere nec aliq̄d ꝓpter hoc reiterare vel īmutare circa celebꝛationem ſacramēti: ſed ꝓcedat ī ſignis et ī aliis ac ſi haberet eam in manibus. Si euchariſtia ad terram ceciderit: locus vbi iacuit radat̃ ⁊ īcineret̃ per ignē et cinis iuxta altare recondat̃. Itē ſi ꝑ negligentiā aliquid de ſāguine ſtillauerit ſuꝑ tabulā que terre adheret ſtilla ꝑ ſacerdotē cū lingua lābatur ⁊ locꝰ tabule radat̃ et raſura igni cōburat̃ et cinis iuxta altare cū reliquiis recōdat̃ et quadꝛagita diebus peniteat cui hoc accidit. Si vero ſuꝑ altare ſtillauerit calix ſoꝛbeatur ſtilla ⁊ tribꝰ diebꝰ peniteat. Si vero ſuꝑ lintheū ⁊ ad aliud ſtilla ꝑuenerit quattuoꝛ diebus peniteat. Si vſqꝫ ad terciū nouē diebus peniteat. Si vſqꝫ ad quartū ſtilla ſāguinis ꝑuenerit viginti diebꝰ peniteat et lintheamina que ſtilla tetigerit tribꝰ vicibꝰ lauet ſacerdos vel dyaconꝰ calice ſuppoſito: et ablutio cū reliquiis recōdat̃. Itē ſi qs aliquo caſu gule euchariſtiam euomuerit vomitꝰ ille debet incinerari et cineres iuxta altare debent recondi. Et ſi fuerit clericꝰ monachꝰ/pꝛeſbiter vel dyaconꝰ quadꝛagita diebꝰ peniteat epiſcopꝰ ſeptuaginta laycꝰ trigita. Si vero ex īfirmitate euomuerit quinqꝫ diebꝰ peniteat. Qui vero nō bene cuſtodit ſacramētum. ita ꝙ mus vel aliud aīal comederit quadꝛagita diebꝰ peniteat. Qui aūt ꝑdiderit illud vel pars eiꝰ ceciderit et nō fuerit inuēta trigita diebꝰ peniteat. Eadē penitētia videt̃ dignꝰ ſacerdos ꝑ cuiꝰ negligētiā putreſcūt hoſtie cōſecrate. Dictis aūt diebus penitēs debet ieiunare ⁊ a cōmunione ⁊ a celebꝛatione abſtinere. Pēſatis tamē circūſtātiis delicti ⁊ perſone pōt minui vel augeri penitentia ꝑdicta ſcd̃m arbitriū diſcreti ꝯfeſſoris. Hoc tamē tenēdū eſt ꝙ vbicūqꝫ īueniēt̃ ſpecies ſacramēti integre reuerēter ſumēde ſūt: qd̄ ſi ſine ꝑiculo fieri nō poteſt ſūt tamē ꝑ reliq̄s reſeruāde. Itē ſi hoſtia vel pars hoſtie iuēta fuerit ſub palla vel coꝛporali ⁊ dubitat̃ ſi eſt cōſecrata vel nō debet eā poſt ſūptionē ſāguinis reuerēter ſumere vt ī titulo de celebꝛatione miſſaꝝ plenꝰ inuenies. Itē circa materiā ſanguinis vide ne ſit aggreſta vel vinū ita debile ꝙ nullo modo habeat ſpeciem vini. Ne ſit aqua rubea expꝛeſſa de pāno ītincto in vino rubeo. Ne ſit acetū vel vinū ōino coꝛruptū ne ſit clarettū vel vinū de moꝛis aut malogranatis cōfectum qꝛ verā ſpeciē vini nō retinēt. Cōficiēs cum vino quod eſt in vis coꝛruptionis vel ad coꝛruptionem.

grauiſſime peccat licꝫ cōficiat qm̄ nō retineāt ſpeciē vini. Itē cauēdū eſt ne apponatur niſi modicū de aqua: quia ſi tantum poneretur ꝙ ſpeciem vini tolleret: non conficeretur. Item ſi qua hic deſunt: requirantur in ſumma et lectura hoſti. in titulo de celebꝛatione miſſarum.

¶ Oꝛatio dicenda ante miſſam.

DEus qui de īdignis dignos/ de pctōꝛibus iuſtos/ de īmundis mūdos facis: mūda coꝛ et coꝛpꝰ meū ab omni cōtagione ⁊ ſoꝛde peccati et fac me dignū altaribus tuis miniſtrū: et concede pꝛopiciꝰ vt in hoc altari ad qḋ indignꝰ accedo hoſtias acceptabiles offerā pietati tue pꝛo peccatis et offēſionibꝰ meis: et innumeris quotidianis exceſſibꝰ: et pꝛo oībus hic circūſtantibus vniuerſiſqꝫ michi familiaritate ⁊ affinitate ꝯiūctis/ atqꝫ me odio aliquo inſectātibus ⁊ aduerſantibꝰ: cūctis qꝫ fidelibus chꝛiſtianis viuis ⁊ moꝛtuis: ⁊ per eum ſit tibi meū votum atqꝫ ſacrificiū acceptabile qui ſe tibi deo patri obtulit in ſacrificium Ieſus chꝛiſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit. ¶ Oꝛatio dicēda poſt celebꝛationē miſſe.

GRatias ago tibi dulciſſime domine ieſu xp̄e lux vera: ſalꝰ credentiū: ſolatiū triſtiū ſpeſqꝫ cūctorum: gaudiū angeloꝛū ꝙ me miſerum et magnū peccatoꝛem famulū tuum hodie ſacratiſſimo coꝛpoꝛe et ſanguine tuo paſcere dignatus es. Ideo ego miſerrimus et inumerabilibus criminibus infectus lachꝛimoſis pꝛecibus imploꝛo benigniſſimam mīam tuā et ſūmam clementiā: vt hec dulciſſima refectio ſūma et incompꝛehenſibilis cōmunio nō ſit michi in iudiciū anime mee ſed pꝛoſit michi ī remedium ad euacuandas omnes inſidias ⁊ nequicias diabolice fraudis ita vt nulla eius dominetur iniquitas in coꝛde/ coꝛpoꝛe/ anima/ et ſenſibus meis: ſed tua clemētia me perducat ad ſuperna conuiuia angeloꝛum vbi tu es vera beatitudo/ clara lux/ ſempiterna leticia. Amen. Deo gratias.

¶ Benedictio agni paſchalis ouorum et herbarum in die paſche.

Dn̄s vobiſcum. Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus celi terreqꝫ dominatoꝛ ꝗ das eſcā omni carni et reples omne aīal bene ✠ dictione bene ✠ dic et ſācti ✠ fica hanc creaturam agni paſchalis ⁊ nobis dona tua ſumētibus aīe ⁊ coꝛpoꝛis ſanitatē cōcede. Per xp̄m dn̄m noſtrum. Amē.

DEus ꝗ vniuerſe carnis es cōditoꝛ qui noe et filiis ſuis de mundis ⁊ immūdis animalibꝰ pꝛecepta dediſti: quiqꝫ ſicut oua et olera herbarū humano generi et quadꝛupedia mūda edere permiſiſti: et qui agnū paſchalē in egipto moyſi et populo tuo in vigilia paſche comedere pꝛecepiſti/ ī figura agni dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti: cuiꝰ ſāguine omnia pꝛimogenita tibi de mūdo redemiſti/ et nocte illa omne pꝛimogenitum ī egypto percutere pꝛecepiſti/ ſeruās populū agni ſāguine pꝛenotatum dignare domine deus omnipotens bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare hūc agnum paſchalem: vt quicunqꝫ ex populo tuo fideliter de illo comederint: omni benedictione celeſti et gratia tua ſaturitate repleātur in bonitate. Per quē hec omnia domine cōdita ſunt ⁊ ab initio creata ſaluatoꝛ mundi. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen. Deinde aſpergantur omnia aqua benedicta et thurificentur a ſacerdote.

Speculũ volẽtiũ celebꝛare miſſam.

Pꝛimo ante miſſã habẽda ſũt tria.

Intentionis diſcuſſio. Generalis contritio. Et pura confeſſio.

¶ Intentionis diſcuſſio.

Ne propter vanam gloꝛiã celebꝛet.

Ne propter verecundiam celebꝛet.

Ne ꝓpter alicuius ꝑſone fauoꝛẽ.c.

Ne propter lucrũ tẽpoꝛale celebꝛet.

Ne propter cõſuetudinem celebꝛet.

¶ Generalis contritio.

De omiſſis bonis q̄ facere debuit.

Et de cõmiſſis coꝛde verbo ⁊ opere

¶ Pura confeſſio.

Notabilium criminum notoꝛum et ignotoꝛum.

¶ In miſſa ſit. Diligens circa locũ ideſt vt recipere poſſit vtrunqꝫ.

Diligentioꝛ circa calicem ne ſit fractus vel reparatus.

Diligẽtiſſimꝰ circa materiã ne hoſtia ſit coꝛrupta vinũ acetoſũ aut deſit aqua. In canone ſit diligẽtia.

Magna ĩ ſignis vt hũiliter faciat.

Maioꝛ in verbis vt veraciter dicat

Maxima in intentione vt firma fide conſecrare intendat.

¶ In cõſecratione habeat. Diligẽtiam ad cõficiendum coꝛpꝰ chꝛiſti.

Reuerẽtiã ad tãgendum coꝛpꝰ xp̄i.

Deuotionẽ ad ſumẽdum coꝛpꝰ xp̄i.

¶ In tangẽdo coꝛpus xp̄i ſit reuerẽtia magna pꝛopter continẽtiam tam excellentis coꝛpoꝛis chꝛiſti.

Maioꝛ: pꝛopter continentiam tam excellentis anime chꝛiſti.

Maxima ꝓpter continẽtiam tam excellentis diuinitatis chꝛiſti.

¶ Quid ĩ cõſecrãdo intẽdit facere.

Deum per lachꝛymas colere.

Moꝛtem chꝛiſti memoꝛare.

Totam eccleſiam adunare.

¶ Quid in ꝯſecrãdo intẽdit ꝯſequi

Augmentum dilectionis.

Inſeparabilitatem vnionis.

Accelerationem fruitionis.

¶ Sit humilis oꝛatio in pꝛimo et in ſecundo memento.

Ne tam indignus miniſter ĩdigne recipiat tam digniſſimũ myſteriũ.

Ne tam indeuotus pꝛeſbiter tam iuſtiſſimum iudicem flectat ĩ ſuum iudicium.

Ne tam immundus hoſpes tam excellentiſſimum hoſpitem a ſe repellat fetoꝛe criminum.

Et vt eum dominꝰ piiſſimus participem faciat electoꝛum ſacerdotũ.

¶ In pꝛimo memento pꝛo ſe ⁊ pꝛo viuis oꝛet.

Ut ſint participes tanti myſterii.

Auditoꝛes habiles miſſarũ officii.

Cõtemptoꝛes humiles vanitatum mundi. Satiſfactoꝛes ſtabiles defectus pꝛopꝛii. Et ſectatoꝛes vigiles diuini beneficij.

¶ In ſcdo memẽto pꝛo defunctis.

Ut per ſuauiſſimum miſterium habeant cõtinuum ſubſidium. Ut per pꝛeces eccleſie fideliũ habeãt ſuaue a penis refrigerium. Ut per hoc noſtrum diuinum viaticum habeãt ſecurum reditũ ad ſctõꝛũ cõſoꝛtium.

¶ Poſt miſ. ſit ſumma grarũ actio

De tanto pane ſuauiſſimo angeloꝛum creatoꝛe creaturarum recepto

De tãto cibo perpetuo omniũ ſanctoꝛũ creatoꝛe creaturarũ recepto.

De tãto viatico pꝛoficuo xp̄i electoꝛum: creatoꝛe creaturarum recepto

¶ Bernardus dicit.

O ſacerdos coꝛpus tuum quotidie efficitur ſepulchꝛum chꝛiſti.

Quomõ et oꝛe tuo pꝛogreditur falſitas per quod ingreditur veritas?

Quomodo oculi tui vidẽt vanitatem: q̄ quotidie aſpiciũt veritatem?

Quomodo manus tue extendũtur ad illicita: que tenent tenẽtem oĩa?

Quomodo te reples et ingurgitas vino: qui debes eſſe plenus deo?

¶ In vigilia sancti andree apostoli. Ad missam. Officium.

mat. 4 ca. C Dominꝰ secꝰ mare galilee vidit duos frēs petrū ⁊ andreā ⁊ vocauit eos venite post me faciā vos fieri piscatores hoīm. ps. Celi enarrāt gliaz dei: ⁊ oꝑa manuū eius ānūciat firmamētū. Or.

Quesumus op̄s deus/ vt beatus andreas apostolus/ tuū pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti/ a cūctis etiam periculis eruamur. Per dominum. ¶ Memoria fiat de martyribus si ante aduentū hec vigilia contigerit: si infra/ nequaq̄. Oro.

Deus q̄ nos beatorū martyꝝ tuoꝝ saturnini atq̄ sisinnij ꝯcedis natalicijs perfrui: eorū nos tribue meritis adiuuari. per dn̄m.

Epl'a Benedictio dn̄i. in cōi. fol. i.

ps 138 Gr. Nimis honorati sūt amici tui deus: nimis ꝯfortatꝰ est p̄ncipatus eorū.
ibid V. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabūtur. Si hec vigilia i do. euenerit. dr̄ sequēs Allā. V. In oēz terrā exiuit sonꝰ eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Et dicat missa i capitulo: ⁊ hoc i omnibus missis ꝓprijs de vigilijs que in dn̄ica cōtigerint obseruetur: nisi i vigilia natiuitatis dn̄i tm̄. Secundum iohannem

1. ca. F In illo tp̄e: Stabat iohānes ⁊ ex discipulis eiꝰ duo. Et respiciēs iesuz ambulātē: dixit. Ecce agnusdei. Et audierūt eū duo discipuli loquētē: ⁊ secuti sūt iesū. Conuersus aūt iesus/ et videns eos sequētes se: dixit eis. Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi/ (qđ iterpretatū est: magister) vbi habitas? Dixit eis Venite/ ⁊ videte. Venerūt ⁊ viderūt vbi maneret: ⁊ apud illū manserūt die illo. Hora aūt erat/ quasi decima. Erat aūt ādreas frater symonis petri vnꝰ ex duobꝰ q̄ audierant a iohāne: ⁊ secuti fuerāt eum. Inuenit hic ꝑmū fratrē suū symonē: ⁊ dixit ei. Inuenimꝰ messiā/ qđ est interp̄tatū xp̄s. Et adduxit eū/ ad iesū. Intuitꝰ autē eū iesꝰ: dixit. Tu es symon filiꝰ iohāna: tu vocaberis cephas/ qđ iterpretat̄ petrꝰ. In crastinū aūt voluit exire in galileā: et iuenit philippū. Et dixit ei iesus. Seq̄re me. Erat aūt philippus: a bethsaida ciuitate andree et
G petri. Inuenit philippꝰ nathanael ⁊ dixit ei. Quē scripsit moyses i lege ⁊ prophete: inuenimus iesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni/ ⁊ vide. Vidit iesus nathanael
A venientē ad se: et dixit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dixit ei nathanael. Vn̄ me nosti? Rn̄dit iesus: et dixit ei. Priusq̄ te philippus vocaret cum esses sub ficu: vidi te. Rn̄dit ei nathanael: ⁊ ait. Rabbi/ tu es filius dei: tu es rex israel. Respondit iesus/ et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu/ credis: maius his videbis. Et dixit eis Amen amen dico vobis/ videbitis celum apertum et angelos dei ascēdentes et descendentes/ supra filium hominis. Offr. Gloria ⁊ honore ps 8
coronasti eum dn̄e: et constituisti eū super oꝑa manuū tuarum dn̄e. Secreta

Sacrandū tibi dn̄e munus offerimꝰ quo bt̄i andree apostoli tui solēnia ieiunijs ⁊ deuotꝭ officijs recolētes: purificationē quoq̄ nr̄is mētibꝰ iploramꝰ. p. Alia Sec.

Oblatū tibi dn̄e munus ꝓ beatoꝝ martyrū tuoꝝ saturnini atq; ſiſſinnij paſſiõe ꝓpici⁹ aſſume qđ coꝝ interceſſiõe maieſtati tue fiat acceptũ. ꝑ. Pf. quot. Cõ. ioh. 2 ca. F Dixit ãdꝛeas ſymoni fr̃i ſuo: inuenim⁹ meſſiã q̇ dr̃ xp̃s: ⁊ adduxit eũ ad ieſum. Poſtcõio.

PErceptis ſalutaribus ſacramẽtis humiliter te dñe dep̃camur vt itcedẽte btõ ãdꝛea ap̃lo tuo: q̇ ꝓ illi⁹ venerãda egim⁹ ſolẽnitate nobis ꝓficiãt ad ſalutẽ. ꝑ. Alia p⁹ cõio.

UT hec cõio nos dñe tua viſitatiõe dignos efficiat beati ſaturnini martyꝛis tui ſocioꝝq; ei⁹ pia q̃s interceſſio ſemꝑ iploꝛet. ꝑ.

¶ In die ſancti andꝛee apli. Offm̃.

ꝓ 138 MIchi aũt nimis honoꝛati ſunt amici tui deus: nimis cõfoꝛtat⁹ eſt ꝓncipatus eoꝝ. ibid. A ps. Dñe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã et reſurrectionẽ meã. Glia pr̃i. Si extra aduẽtũ ꝯtigerit / dicit Gl̃a i ex̃l. ſi vo ĩfra nõ dr̃: ſʒ poſt or. de ſctõ fiat memo. de aduẽ. ⁊ de ſctã maria. ⁊ hoc in oĩbus feſtis ſctõꝝ q̃ infra aduen. ꝯtigerit obſeruẽt. or.

MAieſtatem tuam domĩe ſuppliciter exoꝛam⁹: vt ſicut eccleſie tue beatus andꝛeas apoſtolus extitit pꝛedicatoꝛ et rectoꝛ: ita apud te ſit pꝛo nobis perpetuus interceſſoꝛ. ꝑ dominũ. Ad romanos.

10. c. C FRatres: Coꝛde creditẽ ad iuſticiam: oꝛe aũt ꝯfeſſio fit ad ſalutẽ. Dicit enĩ ſcriptura. Omnis qui credit in illum: non confundetur. Non enim eſt diſtinctio iudei: et greci. Nam idem dominus omnium: diues in omnes qui inuocãt illũ. Oĩs eĩ q̇cũq; inuocauerit nomẽ dñi: ſalu⁹ erit. Quomodo ergo inuocabũt: i quẽ nõ crediderũt? Aut quõ credẽt ei: quẽ nõ audierũt? Quõ aũt audient ſine pꝛedicãte? Quõ vero pꝛedicabũt: niſi mittãẽ? Sicut ſcriptũ eſt. Quã ſpecioſi pedes euãgelizãtiũ pacẽ euãgelizãtiũ bona. Sed nõ oẽs: obediũt euangelio. Iſaias aũt dixit. Dñe q̇s credidit auditui nr̃o? Ergo fides ex auditu: auditus aũt ꝑ verbũ xp̃i. Sʒ dico. D Nũq̇d nõ audierũt? Et q̇dẽ in oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ i fines oꝛbis terre verba eoꝛum. Gr. ꝓ 44 Cõſtitues eos ꝓncipes ſuper omnẽ terrã: memoꝛes erũt nois tui dñe. ℣. Pꝛo p̃ribus tuis nati ſunt tibi filii: ꝓpterea ꝓp̃li confitebuntur tibi. Alleluya. ℣. Dilexit andꝛeam eccle dñs: in odoꝛẽ ſuauitatis. Sequentia. vox,

SAcroſancta hodierne feſtiuitatis pꝛeconia. Digna laude vniuerſa cathegoꝛizet eccl̃ia. Mitiſſimi ſcõꝝ ſctiſſima extollẽdo merita Apoſtoli andꝛee admirãda pꝛefulgentis gratia. Hic accepto a iohanne baptiſta. Oꝛ veniſſet q̇ tolleret peccata. Mox ei⁹ intrãs habitacula audiebat eloquia. Inuentoq; fratre ſuo bariona. Inuenim⁹ ait ouans meſſiaʒ. Et duxit eũ ad dulciſſuam ſaluatoꝛis pꝛeſentiã. Hũc perſcrutantem maria chꝛiſti vocauit clementia. Artem piſcandi cõmutans dignitate apoſtolica. Huius animam poſt clara feſti paſchalis tempoꝛa. Sãcti ſpiritus pꝛeclara ꝑluſtrauit potentia. Ad pꝛedicãdum populis penitentiã. Et dei patris per filiũ clemẽtiã. Gratulare ergo tanto patre achaia. Illuſtrata ei⁹ ſalutari doctrina. Honoꝛata mľtimoda ſignoꝝ frequẽtia. Et tu gemens ploꝛa trux carnifex egea. Te lues iferna et moꝛs tenet et̃na. Et andꝛeã felicia per crucẽ manẽt gaudia. Iã regẽ tuum ſpectas tam adoꝛas / iã in eius conſpectu ãdꝛea ſtas. Odoꝛẽ ſuauitatis iã aſpiras / quẽ diuini amoꝛis aroma dat. Sis ergo nobis iclyta. Dulcedo ſpirãs intima. Celeſtis vite balſama.

¶ Sciendū eſt ꝙ in omnibꝰ feſtis. ix. lecti. vel. iij. l. cū regimine chori dicatur ſequen. ad miſſā: niſi in feſtis plurimorum cōfeſſorū. et in feſto ſancti michaelis in monte tumba. In octa. vero et infra ſiue fuerint cum regimīe chori/ ſiue nō: ſequē. ad miſſam nō dicitur: niſi per oct. ⁊ in oc. aſſūp. ⁊ nat. btē marie: et in dñica infra oct. et in oct. dedicatiōis ecclie/ ⁊ in oct. aploꝝ petri et pauli. ¶ Secundum matheum.

4.ta. In illo tempore: Ambulās Jeſus iuxta mare galilee: vidit duos fratres/ ſymonē qui vocatur petrus/ ⁊ andream fratrem eiꝰ mittentes rete in mare. Erant enim piſcatores Et ait illiꝫ. Venite poſt me et faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus: ſecuti ſunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres iacobum zebedei/ ⁊ iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum reficientes retia ſua: et vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus et patre: ſecuti ſunt eum.

p̄.138 Credo in vnum. Offr. Michi autē nimis honorificati ſunt amici tui deus nimis ꝯfortatꝰ eſt p̄ncipatꝰ eorū. Se.

Sacrificium noſtrum tibi dñe queſumus beati ādꝛee precatio ſancta ꝯciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur: eius meritis efficiatur acceptum. Per dominū. p̄fa. Et te dñe. Hec p̄fatio dicit̄ omnibꝰ feſtis apoſtoloꝝ et euāgeliſtarū ⁊ p oct. aploꝝ petri et pauli/ atq̄ andree: preterq̄ in feſto ſcti iohānis apoſtoli in ebdo. nati. dñi in oc. vero eiuſdē dicetur. et in feſto eiuſ-
mat dē in paſchali tp̄e. Cōi. Venite poſt
4.c. me faciaꝫ vos fieri piſcatores hominū at illi relictis retibus ⁊ naui ſecuti ſunt dominum. Poſtcommunio.

Sumpſimus dñe diuina miſteria vti ādꝛee feſtiuitate letantes: q̄ ſicut tuis ſctis ad gloriā/ ita nobis queſumus ad veniā prodeſſe perficias. Per dominum. ¶ Per octa. dr̄ miſſa de ſancto andrea ſicut in prima die: ſed ſine ſeq̄ et Credo. et niſi miſſa. Salus populi. reſtat cantāda: et niſi in ſab. qñ fit plenuꝫ ſeruitiū de ſancta maria: et niſi infra aduentum dñi. Infra aduētum vero nichil fiet de eo p̄ter mēo. vſq̄ ad octauum diem tunc enim de eo totum fiat ſeruitiū niſi in ſab. vel ī dominica contigerit: etiam dr̄ miſſa de oct. in cap̄. Quādo vero feſtuꝫ ſcti andree a do. differtur in ſecūdā fer. tūc ī ſequēti dñica dicatur miſſa de oct. in cap̄. cum vna oratione Similit̄ qñ feſtū. ſ. nicolai a do. differtur in ſcdam fer. tūc in ip̄a. ij. fer miſſa de octa. dr̄ in capitulo ſimilit̄ cū vna orōne. Eodē modo vna orō tm̄ dicitur ad miſſā que dicitur ī capitulo in oct. ſancti laurentij atq̄ ad miſſam de ſācta ſabina virgine.

¶ Scti oſmūdi epi ⁊ confeſſo. offm̄.

Statuit ei dominꝰ teſtamē- eccli
tum pacis et principē fecit 45 c.
eum vt ſit illi ſacerdotii di- D
gnitas in eternū. p̄s Miſericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Omp̄s ſempiterne deꝰ qui nos beati oſmūdi ꝯfeſſoris tui atq̄ pōtificis hodierna feſtiuitate letificas/ tuam ſupplices exoramus clementiam: vt cuius ſolennia deuotis officijs veneramur: eius pijs ſuffragijs eterne vite remedia conſequamur. per. Epyſtola. Ecce ſacerdos magnus. in cōi. fo. ix. Grad.

Jurauit dominus et non penitebit euꝫ p̄ 139
tu es ſacerdos in eternum ſecūdum ordinem melchiſedech. vſus. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. Alleluya. vꝰ. Juſtus germinabit ſicut

lilium: et florebit in eternū āte dominū. Sequẽ. Adeſt nobis. in cōi folio. x. Euãge. Hō q̄dã pegre. in cōi. fol. x. Offertoriū. Inueni dauid ſeruū meum et in oleo ſancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Propiciare dñe q̄s ſupplicationib⁹ nr̃is: ⁊ īterceden̄te p̄ nobis btō oſmundo cōfeſſore tuo atq̃ pōtifice: his ſacramētꝫ celeſtib⁹ ſeruiētes: ab oĩ culpa liberos eſſe concede: vt purificāte nos grã tua eiſdẽ q̄bus famulamur myſteriis emundemur. Per. Cōio.

mat 15.c. B

Dñe quinq̃ talenta tradidiſti michi ecce alia quinq̃ ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cōſtituã intra in gaudiū dñi tui. P⁹cōio.

Preſta q̄s dñe deus nr̃: vt diuinis myſteriis expiati: īterceden̄te btō oſmūdo ꝯfeſſore tuo atq̃ pontifice: ad ſupni plenitudinẽ ſacramẽti cui⁹ libauim⁹ ſctã tẽdam⁹. P. C Scti nicholai epi ⁊ ꝯfeſ. Offm̄ Statuit. vt ſupra in proximo. or.

Deus qui btm̃ nicholaū pontificem tuū innumeris decoraſti miraculis: tribue nobꝫ q̄s: vt eius meritis ⁊ precibus a gehenne incẽdiis liberemur. Per do. Epl'a. Ecce ſacerdos magnus. in cōi fol. x.

p.20

Gradale. Domine preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Vſ. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinẽ dierum ĩ ſeculū ſeculi. Alleluya. V. Juſtus germinabit ſicut lilium ⁊ florebit in eternum ante dominū. Seq̄.

Congaudẽtes exultemus vocali ꝯcordia. Ad beati nicholai feſtiua ſolẽnia. Qui in cunis adhuc iacens ſeruādo ieiunia. Ad papillas cepit ſumma promereri gaudia. Adoleſcẽs amplexatur litterarū ſtudia. Alienus et imunis ab oĩ laſciuia. Felix cōfeſſor tu⁹ fuit dignitatꝫ vox de celo nūcia. Per quā p̄uectus p̄ſulat⁹ ſublimaẗ ad ſūma faſtigia. Erat in eius aĩo pietas eximia/ ⁊ oppreſſis impẽdebat multa beneficia. Auro p̄ eū virginū tollit infamia/ atq̃ patris earūdẽ leuatur ĩopia. Quidā naute nauigātes ⁊ cōtra fluctuū ſeuiciā luctātes naui pene diſſoluta. Iā de vita deſperātes in tāto poſiti periculo clamātes voce dicūt oẽs vna. O beate nicholae nos ad maris portū trahe de mortis āguſtia. Trahe nos ad portū maris tu qui tot auxiliaris pietatꝫ grã. Dū clamarẽt nec incaſſū ecce q̄dā dicens aſſū ad veſtra preſſidia. Statim aura datur grata ⁊ tẽpeſtas fit ſedata quieuerūt maria. Ex ipſius tumba manat vnctionis copia. Que infirmos oẽs ſanat per eius ſuffragia. Nos q̄ ſumus in hoc mundo viciorꝝ in profundo iā paſſi naufragia. Glorioſe nicolae ad ſalutis portū trahe vbi pax ⁊ gloria. Ipſam nobis vnctionẽ impetres a dño p̄ce pia. Qua ſanauit leſiones multorum peccaminum in maria. Hui⁹ feſtū celebrātes gaudeant per ſecula. Et coronet eos chriſt⁹ poſt vite pericula. Euãg. Hō quidã pe. In cōi. fol. x. Offertorium.

ps.8 D

Veritas mea et mĩa mea cum ipſo et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sanctifica q̄s dñe hec munera q̄ in veneratiōe ſancti pōtificis tui nicolai offerim⁹: vt p̄ ea vita noſtra inter aduerſa et proſpera vbiq̃ dirigatur. Per. Cōio.

mat 24.c. D

Beatus ſeruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilātem. amẽ dico vobis ſup omnia bona ſua cōſtituet eū. Poſtcōmu.

Sacrificia que ſumpſimus dñe pro ſolennitate ſancti pontificis tui nicolai ſempiterna q̄s nos protectione confirment. Per dñm.

¶ In oct. ſãcti Andꝛee. Officium.

p138 Michi aũt nimis honoꝛificati ſũt amici tui deꝰ: nimis cõfoꝛtatꝰ eſt ꝑncipatus eoꝝ. ibid Ps Dñe ꝓbaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionez meam/ ⁊ reſurrectionẽ meam. Gloꝛia patri et filio: ⁊ ſpũi ſãcto. Oꝛo.

Protegat nos q̃s dñe ſepiꝰ btĩ ãdꝛee apſ̃li tui repetita ſolennitas: vt cuiꝰ p̃rocinia pia deuotione recolimꝰ: ꝑpetuã defẽſionẽ ſẽtiamꝰ. p. Ep̃la Coꝛde credit̃. vt ĩ die. fo. i. Gꝛ p138 Nimis honoꝛati ſunt amici tui deꝰ/ nimis ꝯfoꝛtatꝰ eſt ꝑncipatꝰ eoꝝ. V Dinũerabo eos ⁊ ſup arenã multiplicabunt̃. Allã. V Dilexit ãdꝛeã dñs ĩ odoꝛẽ ſuauitatis. Scd̃m Marcum

1 ca. B In illo tp̃e: Poſtq̃ traditꝰ eſt iohãnes: venit ieſꝰ ĩ galileaz predicãs euãgeliũ regni dei/ dicẽs Qm̃ impletũ eſt tẽpus: ⁊ appropinquabit regnũ dei: penitemini ⁊ credite euãgelio. Et preteriẽs ſecꝰ mare galilee: vidit ſymonẽ/ et andꝛeã fratrẽ eius mittentes retia in mare. Erãt enim: piſcatoꝛes. Et dixit eis ieſus. Venite poſt me: ⁊ faciam vos fieri piſcatoꝛes hoĩz. Et ꝓtinꝰ relictis retibus: ſecuti ſũt eũ. Offñ

p.18 In omnem terram exiuit ſonꝰ eoꝝ: ⁊ ĩ fines oꝛbis terre verba eoꝝum. Secꝛ.

Indulgentiaz nobis prebeãt hec munera q̃s dñe largioꝛez que beati ãdꝛee apoſtoli tui ſuffragijs offeruntur. per dñm. Prefatio. Et te domine. Cõio Venite poſt me faciam vos fieri piſcatoꝛes hominum: at illi relictis retibus ⁊ naui: ſecuti ſũt dominum. Poſtcommunio.

Prebeat nobꝫ dñe q̃s beatꝰ ãdꝛeas apſ̃ls optatũ preſidiũ: quo ſalutare nobꝫ ſũptũ ꝑficiat ſacramẽtũ. ¶ In ꝯcep. btẽ mar. offiũ.

Gaudeamus oẽs ĩ dño diẽ feſtuz celebrãtes ſub honoꝛe marie virginis: de cuius cõceptiõe gaudent angeli et collaudant filium dei boꝛ. Ps Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloꝛia patri. Nõ di. Gloꝛia in excelſis. Oꝛ. p44

Supplicationem ſeruoꝝ tuoꝝ deus miſeratoꝛ exaudi/ vt qui in conceptione dei genitricis ⁊ virginis congregamur: eius interceſſionibus a te de inſtantibꝰ periculis eruamur. per eundem. Lectio libꝛi ſapiẽtie. Eccleſiaſtici.

24 C Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoꝛis: et floꝛes mei fructus honoꝛis et honeſtatis. Ego mater pulchꝛe dilectionis et timoꝛis et magnitudinis: ⁊ ſancte ſpei. In me gratia omnis vie ⁊ veritatis/ in me omnis ſpes vite et virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuper mel et fauum. Memoꝛia mea: in generatione ſeculoꝛum. Qui edunt me/ adhuc eſurient: et qui bibunt me/ adhuc ſitient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt. Graduale Audi filia et vide: et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. V Specie tua ⁊ pulchꝛitudie tua: intende pꝛoſpere/ pꝛocede ⁊ regna. Alleluya. V Conceptio gloꝛioſe virginis marie ex ſemine abꝛahe oꝛta: de tribu iuda clara ex ſtirpe dauid. Sequẽtia.

Dies iſte celebꝛetur ĩ quo pie recẽſet cõceptio marie. Virgo mater generat/ concipit ⁊ crea tur recta vena venie. Ade vet⁹ exiliũ ⁊ ioachi opprobriũ hinc hñt remedia. Hoc ꝓphete ꝓuidert/ p̃riarche ꝯſenſerũt inſpirãte gr̃a. Virgo florẽ ꝯceptura ſtella ſolẽ paritura hodie cõcipit̃. Flos de virga ꝓceſſurus: ſol de ſtella naſcitur⁹ xp̄s intelligit̃. O q̃ felix ⁊ ꝓclara nobꝫ grata deo cara fuit hec cõceptio. Terminat̃ miſeria/ dat̃ mĩa. luctus cedit gaudio. Noua mater nouã prolẽ: noua ſtella nouũ ſolẽ noua profert gr̃a. Genitorẽ genitura/ creatorẽ creatura patrẽ parit filia. O mirãdã nouitatẽ/ nouam quoqꝫ dignitatẽ vitat mr̃is caſtitatẽ filij cõceptio. Gaude v̄go gratioſa/ v̄ga flore ſpecioſa: mr̃ ꝓle gn̄oſa/ plene plena gaudio. Qđ preceſſit ĩ figura: nube latet ſub obſcura/ hoc declarat geſtura ſemel mr̃is v̄go pura paſſẽdi vertat iura fuſa mirãte natura deitatis pluuia. Triſte fuit ĩ eua ve: ſed ex eua formãs aue verſa vice ſꝫ nõ praue int⁹ ꝯclãs in cõclaue: vbũ bonũ ⁊ ſuaue nobis mr̃ virgo faue tua ſerui gr̃a. Q̄s hõ ſine mora laude plena ſoluẽs ora iſtã colas ipſã ora oĩ die/ oĩ hora ſit mens ſupplex vox ſonora ſic ſupplica: ſic implora huius p̃rocinia. Tu ſpes certa miſerorũ vere mater orphanorũ tu leuamen oppreſſorũ: medicamen infirmorũ oĩbus es omnia. Te rogamus voto pari/ laude digna ſinglari vt errãtes ĩ hoc mari/ nos in portu ſalutari: tua ſiſtat gr̃a. ¶ Initiũ ſcĩ euã. ſcđꝫ matheũ.

1 ca. A Liber gn̄ationis ieſu xp̄i filij dauid: filij abrahã. Abrahaz genuit yſaac. Iſaac aũt: genuit iacob. Iacob aũt: genuit iudã ⁊ fr̃es eius. Iudas autẽ: genuit phares ⁊ zarã de thamar. Phares ãt: genuit eſrom. Eſrom aũt: genuit arã. Arã aũt: genuit aminadab. Aminadab aũt: genuit naaſõ. Naaſõ autẽ: genuit ſalmõ. Salmõ ãt genuit booz de raab. Booz autẽ: genuit obeth ex ruth. Obeth aũt: geñ. ieſſe. Ieſſe aũt: genuit dauid regẽ. Dauid aũt rex: genuit ſalomonẽ ex ea que fuit vrie. Salomõ aũt: genuit roboam. Roboam aũt: genuit abiam. Abiã aũt: genuit aſa. Aſa aũt: genuit ioſaphat. Ioſaphat aũt: genuit iorã. Iorã aũt: genuit oziã. Ozias aũt: genuit ioathaz. Ioathã ãt: genuit achaz. Achaz aũt/ genuit ezechiã. Ezechias aũt: geñ. manaſſez. Manaſſes aũt: geñ. amõ. Amõ ãt: geñ. ioſiã. Ioſias ãt: geñ. iechoniã ⁊ fratres ei⁹ ĩ trãſmigratiõe babylonis. Et poſt trãſmigrationẽ babylõis: iechonias geñ. ſalathiel. Salathiel autẽ: genuit zorobabel. zorobabel autẽ: geñ. abiud. Abiud autẽ: genuit eliachi. Eliachim autez: genuit azor. Azor autem/ genuit ſadoch. Sadoch aũt: genuit/ achi. Achĩ ãt genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem: genuit matham. Mathã autẽ: genuit iacob. Iacob autem: genuit ioſeph/ C virũ marie. De qua natus eſt ieſ⁹. qui vocatur xp̄s. ¶ Credo. Offerto.

Diffuſa ẽ gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. p̃s 44 Sec.

Unigeniti tui dñe nobis ſuccurrat humanitas vt q̄ natus de virgine ĩtegritatem matris non minuit ſed ſacrauit: in conceptiõis eius ſolennit̃ a noſtris nos maculis exuẽs: oblationẽ noſtram ſibimet faciat eſſe acceptã ieſ⁹ xp̄s deus noſter. Qui te. pꝛefa. Et te in conceptione. Cõio. Vera fides geniti purgauit crimina mundi: ⁊ tibi virginitas inuiolata manet. Poſtcõio.

Sumpſim⁹ dñe celebritatꝫ ãnue votiua ſacramẽta: preſta queſumus/ vt ĩtercedẽte beata maria ſemper virgine/ ⁊ temporalis vite remedia prebeat et eterne. Per dñz. nõ. ði. Ite miſſa eſt.

¶ Sancte lucie virginis ⁊ mar. Officium

p44 Dilexiſti iuſticiã ⁊ odiſti iniquitatẽ: ꝓpterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie pre cõſortib⁹ tuis. ibid. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Orõ.

Exaudi nos deus ſalutaris nr̃/ vt ſicut de btẽ lucie virginis tue ⁊ martyrꝫ feſtiuitate gaudem⁹ ita pie deuotiõis erudiamur affectu ꝑ do. Epla. Dñe deus me⁹. ſꝫi. fol. p44 xij. Gradale. Dilexiſti iuſticiã ⁊ odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus: deus tuus oleo leticie. alleluya. ℣. Emulor enim vos dei emulatione deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto. Seq̃. Exultemus in hac die. In cõmuni. fo. xiij. Euãg. Simile eſt regnum celoꝝ theſauro In communi. fo. xiij. Offertorium Offerẽtur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Gratãter dñe q̃s munera dicãda intuere: que nomini tuo ꝓ ſolennitate ſctẽ lucie virginis tue ⁊ martyris ſuppliciter imolamus. p44 per dominum. Cõio Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Poſtcommunio.

Sancte lucie virginis ⁊ martyris tue nos dñe q̃s ꝓcatio tibi grata ꝯciliet: vt ꝑ hec ſctã q̃ ſumpſimus: ſalutaria ſentiamus. per.

¶ In vigilia ſancti thome apoſtoli quere oĩa in vigilia huius apoſtoli. Si hec vigilia in dñica/ vel ĩ iiij. feria vel ĩ vi. fe. vel ĩ ſabbato quatuor tp̃oꝝ euenerit: nichil ad miſſam fiat de vigi. preter memoriã. Sꝫ in quacunq; alia feria cõtigerit de eadem vigilia dicatur miſſa.

¶ In die ſancti thome. Officium.

p13 Michi autem nimis honorati ſunt amici tui de⁹ nimis ꝯfortat⁹ eſt principatus eorum. Ps. Dñe probaſti me ⁊ co- ibi gnouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meam et reſurrectionem meam. Gloria. Oratio.

Da nobis q̃s dñe beati thome apoſtoli tui ita ſolẽnitatib⁹ gloriari/ vt ei⁹ ſemꝑ ⁊ patrociniis ſubleuemur: et fidẽ congrua deuotiõe ſectemur. per dñz. Epla. Iam nõ eſtis. in cõi. fo. i. Gr. Nimis ho- p138 norati ſunt amici tui deus nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ℣. Di- p111 numerabo eos et ſuper arenam multiplicabũtur. allã. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorũ. Seq̃. Clare ſanctorũ. in cõi. fo. i. Secũdũ iohannẽ

In illo tẽpore: Thomas vn⁹ 20 C. ex duodecim qui dicitur didi- F mus: nõ erat cum eis quãdo venit ieſus. Dixerũt ergo ei alii diſcipuli. Vidim⁹ dñm. Ille aũt dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauoꝝ/ ⁊ mittam digitũ meũ in locum clauoꝝ/ et mittam manũ meã in latus eius: non credam. Et poſt dies octo: iterũ erant diſcipuli ei⁹ int⁹/ ⁊ thomas cũ eis. Venit ieſus ianuis clauſis: et ſtetit in medio/ et dixit eis. Pax vobis. Dein- G de dixit thome. Infer digitũ tuum huc ⁊ vide man⁹ meas: et affer manum tuam et mitte ĩ latus meum/ et noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpõdit thomas: et dixit ei. Dñs meus: et deus meus. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma crediſti: beati qui non viderunt: et crediderunt. Credo. Offertoriũ. Conſtitu- p44 es eos principes ſuper omnem terram memores erunt nominis tui ĩ omni progenie et generatione. Secreta.

DEbitū dñe nrē reddim⁹ ſeruitutis ſuppliciter exorantes: vt ſuffragiis beati thome apli tui i nobis tua munera tuearis: cui⁹ honorādo ꝯfeſſionē laudis tibi hoſtias imolam⁹. Per. Prefa. Et te dñe. ioh. cō. 20 c. Mitte manū tuā ⁊ cognoſce loca clauorum alleluya. et noli eſſe incredulus ſed fidelis allā allā. Poſtcommunio. G

PRoſit plebi tue miſericors deus diuini perceptio ſacramēti: ⁊ interceſſio beati thome apoſtoli tui vt ſaluationē mentis ⁊ corporis ⁊ ineffabiliter expectet et effluenter accipiat. Per. Sancti felicis epiſcopi ⁊ martyris. Officium.

dañ. 3. ca. F SAcerdotes dei bñdicite dominū et humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite oīa opera domini dnō: laudate et ſuperexaltate eū in ſcla. Glia pri. Alla i exc.

Et dr̄ i oī feſto ſctōꝝ extra aduentū: ⁊ lxx. vſq; ad paſcha: preterq̄ in feſto ſācte petronille virgīs cū poſt oc. ſctē trinitatꝫ ⁊ corporis xpi euenerit et i feſto ſcti bertini abbīs: et ſctē tecle virgīs ⁊ ſcti romani epiꝭ cōfeſſoris i q̄bus dr̄ nocturnus. Or.

COncede q̄s omīps deus: vt ad meliorē vitā ſcti felicis martyris tui atq; pōtificis exēpla nos prouocēt: quatenus cuius ſolēnia celebramus: etiā actus imitemur. Per. Epla. Teſtificor. in cōi. fol. iij. p̄10 Gradale. Jurauit domin⁹ et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem melchiſedech. Vſ. Dixit dñs domīo meo ſede a dextris meis. Allā. Vſ. Inueni dauid ſeruū meum oleo ſancto meo vnxi eum. Euāgelium. Qui vos audit. in cōmuni folio. iiij. Offr. Gloria ⁊ honore coronaſti eum et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

HOſtias tibi dñe beati felicis martyris tui atq; pontificis dicatis meritis benignus aſſume: et ad ꝑpetuū nobis tribue ꝑuenire ſubſidiū. Pr. Cōio. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide p̄cioſo. Poſtcō.

TUa ſancta ſumentes dñe ſuppliciter deprecamur vt beati felicis martyris tui / atq; pontificꝭ cuius celebramus ſolennitatē: ſentiamus protectionem. Per domi.

Sciendū eſt q̄ ſi aliqd̄ feſtū triū lec. vel oct. ſi regimīe chori ab oct. epyphanie vſq; ad. xl. et ab octabis paſche vſq; ad primā dñicā ante aſcenſionē dñi ⁊ rurſū ab inceptione **Deus oīū** vſq; aduen. dñi in ſabbō ꝯtigerit vel p totiꝰ āni ſpaciū i dñicis ſiue in ieiuniis. iiij. tꝑm vel vigil. eue. nichil fiat ad miſſā de ſctis niſi tīm mēo. niſi qn̄ dr̄ miſſa de aliquo ſctō vel octa. in capitulo vnde aliqd̄ ꝓpriū habet: et tūc non dr̄ ad miſſā de die de eis memo. In ſabbato enim ſolet fieri totū ſeruitium de ſācta maria. niſi fe. ix. lec. vel. iij. cū propriis ꝟſ. vel lau. vel vigilia vel ieiunia. iiij. tꝑm vel octa. cum regimine chori īpedierit: tūc eni fiat in aliqua fe. ipſius ebdo. In dñicis autē dieb⁹ miſſa dñicalis cātatur niſi iterū feſtū vel oct. cū regimīe cho. īpediāt tñ ſi in īpa do. noua hyſtor. inchoanda fuerit: feſtum ſi ſimplex fuerit differat: et miſſa de dñica dicat niſi ſit fe. trāſlatiōis ſcti edmundi epi vel ſancti barnabe apli vł petri ad vīcula: vel decollationis ſcti iohis bap. vel aliqd̄ tale feſtū ix. le. qd̄ in craſtino nō ſequatur aliud feſtum ix. lect. et ſi hyſtoria nō fuerit duratura niſi per vnā ebd. et i ipſa ebd. tot. ferie nō vacauerit i quib⁹ poſſit hyſtoria percantari feſtū differatur: et miſſa de do. dr̄. In vigilia vero et. iiij. tꝑib⁹ ſemper dr̄ miſſa de ieiunio cū moderatione tamē que eſt ſupra i vigilia ſancti andree.

Nō ſi feſtū ix. lectionū ibi euenerit miſſa de feſto poſt terciā dr̄ miſſa vero de ieiunio poſt ſextam vtraq̄ ad pꝛīcipale altare: ita tn̄ ꝙ dyacon⁹ et ſubdyacon⁹ ſint albis cum amictibus induti abſq̄ tunicis vel caſulis ad illā miſſam de ieiunio: vtātur etiam clerici in cho. cappis nigris fiat proſtratio poſt Sanctus. more ſolito ⁊ dn̄r pces feriales licet duplex feſtū fuerit ipō die. Excipiūtur tn̄ q̄dā feſtiuitates triū lec. ſcz ſctōꝝ iohis ⁊ pauli ypoliti ſocioꝝ ꝗ ei⁹ ſcti bricij ep̄i ⁊ vndeci miliū virginū ſcdm̄ antiquū ordiale: q̄ ſi in ſabbō contigerit miſſa de eis dr̄: et miſſa de cōmemorat. btē marie i aliqua feria ipſius ebd̄. celebretur. Si vero q̄dā iſtarū feſtiuitatum vt eſt ſctōꝝ iohis ⁊ pauli: ypoliti ⁊ ſancti bricij i dn̄ica euenerit: miſſa de feſ. dr̄ ⁊ miſſa dn̄icalis i capitulo niſi forte vt ſu. dictū eſt noua hy. i ipa do. ichoāda fuerit: tūc ei miſſa d̄ domi. dr̄ ⁊ hmōi feſta i craſtinū differētur. ¶ Scti mau. abba. ⁊ ꝯfeſ. offiū.

ꝑ.91 Iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabit plātat⁹ i domo dn̄i: i atrijs dom⁹ dei noſtri.

ibidē pſalmus. Bonum eſt confiteri domino et pſallere nomini tuo altiſſime. Oro.

Deus qui eterne glorie participem beatū maurum leuitam atq̄ abbatem fieri conceſſiſti: concede nobis ꝓpicius ipſo intercedēte aditū regni celeſtis cui⁹ ad bn̄ viuēdū informamur exemplis. Per. Ep̄la. Iuſt⁹ cor ſuū. in cōi fo.

ꝑ.36 xl. Gr. Os iuſti meditabitur ſapiētiā ⁊ lingua ei⁹ loq̄tur iudiciū. Lex dei ei⁹ i corde ipſi⁹/ ⁊ nō ſupplātabūtur greſſus eius. Allā. ꝟ. Amauit eū domin⁹ ⁊ ornauit eum/ ſtola glorie induit eū. Euāg. Mēo accedit. i ꝯi. fo. xl. Offertoriū. Deſideriū anime eius tribuiſti ei dn̄e ⁊ volūtate labiorum eius non fraudaſti eum poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Secreta.

Celeſte tue dn̄e munera ꝓpiciatus ſctifica ⁊ concede: vt per hec venerāda ꝯmercia intercedēte beato mauro confeſſore tuo atq̄ abbate pāe celeſti refici mereamur. Per dn̄m. Cōio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriam et magnum decorē impones ſuper eū dn̄e. Poſtcōmuū.

Supplices te rogam⁹ oīpotēs de⁹/ vt itercedēte btō mauro cōfeſſore tuo atq̄ abbate tua in nobis dona multiplices: vt tēpora noſtra diſponas. Per dn̄m. ¶ Sancti marcellini pa. et martyris. Offm̄.

eccli 45 c. D

Statuit ei dn̄s teſtamētū pacis ⁊ pricipē fecit eū/ vt ſit illi ſocerdotij dignitas i eternū. ꝑ. Miſericordias domini i eternū cantabo. Or.

Preces populi tui q̄s domine clemēter exaudi: vt bti marcelli martyris tui atq̄ pōtificis meritis adiuuemur. cuius paſſione letamur. Per dominū. Ep̄la. Omnis pontifex. in cōi. fol. v. Gr. Inueni dauid ſeruū meū oleo ſancto vnxi eum man⁹ eni mea auxiliabitur ei et brachium meū cōfortabit eū. ꝟ. Nichil proficiet inimic⁹ i eo/ et fili⁹ iniq̄tatis nō nocebit eū. Allā. ꝟ. Elegit te dn̄s in ſacerdotem magnum in populo ſuo. Euang. Vigilate quia neſcitis. in cōi. fo. x. Offertorium. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Ut noſtre ſaluti munera oblata proficiāt: ſancti marcelli martyris tui atq̄ pontificis domine q̄ſum⁹ obtineat interceſſio ſalu caris. Per. Cōmunio. Domine quinq; talenta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. euge ſerue fidelis quia i pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam/ intra in gaudium domini tui. Poſtcommunio.

Preſta q̄s dn̄e: vt ſacramenti tui participatione vegetati ſancti quoq; marcelli martyꝝ tui atq; pōtificis precibus adiuuemur. Per.

¶ Scti ſulpicij epi et confeſ. Offm̄.

dan. 3. ca. F Sacerdotes dei bn̄dicite dominū: ſcti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini dn̄o: laudate et ſuperexaltate eum i ſecula. Oratio.

Da q̄s omp̄s deus/ vt qui beati ſulpicij cōfeſſoris tui atq; pontificis depoſitionem colimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per. Epyſtola. Juſtum deduxit. i cōi. fol. ix. Gradale. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo. vſus. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi. Alleluya. v. Poſui adiutorium ſuper potentem et exaltaui electū de plebe mea. Euan. Homo quidā peregre. i cōi. fo. x. Offertoriū. Jnueni dauid ſeruū meum et in oleo ſancto vnxi eum / manus enim mea auxiliabitur ei/ et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Supplicationibus noſtris tibi dn̄e grata pariter exiſtat oblatio quā p ſcti ſulpicij confeſſoꝝ tui atq; pontificis ꝯmemoratione deferimus: atq; indulgentiā nobis eius ſuffragiis largiaris. Per. Cō. Fidelis ſeruus et prudens quem conſtituit dn̄s ſuper familiam ſuam: vt det illis in tp̄e tritici menſuram. Poſtcōio.

Preſtēt nobis dn̄e tua ſancta preſidium que interuētionibus beati ſulpicij cōfeſſoris tui atq; pontificis & meritis nos ab omnibus abſoluant peccatis. Per do.

¶ Sctē priſce virgis & mar. Offm̄. p̄ 118

Loquebar de teſtimoniis tuis in ꝯſpectu regū & nō ꝯfundebar & meditabar i mandatꝭ tuis q̄ dilexi nimis. p. Beati imaculati i via: q̄ ābulāt i lege dn̄i. Oro. ibid

Da q̄s ōp̄s deꝰ: vt q̄ beatē priſce virginis & martyris tue natalicia colimꝰ: & ānua ſolennitate letemur: et tāte fidei proficiamꝰ exemplo. Per. Epl'a. Dn̄e deus meus. in cōi. fo. xii. Gradale. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna. vꝰ. Propter veritatem et manſuetudinem ⁊ iuſticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. verſꝰ. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende proſpere procede ⁊ regna. Euangelium. Simile eſt regnum celorum theſauro. In cōmuni. folio xliij. Offertorium. Filie regum in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Munera noſtra q̄s dn̄e gratāter aſſume: et per inuentionem beate priſce virginis tue et martyris omniū noſtrū corda ad cultum vere religionis ꝯuerte. p. v. cōio. Feci iudiciū ⁊ iuſticiā dn̄e nō calūnientur michi ſupbi ad oīa mādata tua dirigebar oēm viā iniq̄tatis odio habui. pꝰ cōmu. p̄ 118

Adiuuent nos domine queſumus & hec myſteria ſancta q̄ ſumpſimꝰ: et beate priſce virginis tue & martyris interceſſio venerāda. Per dn̄m. ¶ Si feſtū alicuiꝰ ſancti. ix. lectionū ab octaua epyphanie vſq; ad ſeptuageſimam et ab octauis paſche vſq; ad penthecoſten: et a Deus omnium. vſq; ad aduentum domini in dominica contigerit fiat ſeruitium de ipſo ſancto: cetera notantur in die ſancti andree

¶ Sctī vvlſtani epī ⁊ ꝯfeſ. Officiū.
eccli Statuit ei dñs teſtamentū
45 c. pacis ⁊ principem fecit eū
E vt ſit illi ſacerdotij digni-
tas in eternum. pſalmus Miſericor-
dias domini: in eternum cātabo. Or.
Spiritū ī nobꝫ dñe tue carita-
tis īfunde: vt īterceděte beato
vvlſtano confeſſore tuo atqꝫ pōti-
fice tuam mereamur dulcedinē in
eterna felicitate guſtare. Per dñm
in vnitate eiuſdē. Epl'a Ecce ſacer-
dos magnꝰ qui ī diebꝰ. ī cōi. fol. ix.
p̄.20 Gr. Domine preueniſti eum in bene-
dictionibus dulcedinis: poſuiſti in ca-
pite eius coronam de lapide precioſo.
Verſus. Vitam petiit et tribuiſti ei: lō-
gitudinem dierum: in ſeculum ſeculi.
Allā. Vꝰ. Inueni dauid ſeruum meum
oleo ſctō meo vnxi eum. Sequētia de
cōi fo. i. Euāgeliū Hō q̄dā peregre
ī cōi. fo. x. Offertoriū. Veritas mea
et miſericordia mea cum ipſo ⁊ ī nomīe
meo exaltabitur cornu eius. Secreta
Suſcipe q̄s dñe clemēter fami-
lie tue munus oblatū: ⁊ quod
rea ſperare non audet conſcientia:
interceděte beato vvlſtano tua no-
bis largiatur indulgētia. Per do.
mat Cōio. Beatꝰ ſeruꝰ quē cū venerit dñs
24 c. īuenerit vigilātē amē dico vobis ſuper
D omnia bona ſua cōſtituet eū. Poſtcō.
Salutaris tui domīe myſterio
ſatiati ſupplices imploramꝰ
clementiam tuam: vt pro nobꝫ eiꝰ
non deſit oratio cuius nos donaſti
gubernari patrocinio. Per dñm.
¶ Sanctorū fabiani et ſebaſtiani
martyrum. Ad miſſam. Officium.
p̄78 Intret in conſpectu
tuo dñe gemitꝰ ꝯpe-
ditorꝝ redde vicinis
nr̄is ſeptuplū ī ſinu
eorꝝ vīdica ſāguinē
ſctōꝝ tuorū q̄ effuſꝰ
ibid eſt. Ps. Deus venerunt gentes in he-
reditatem tuam: polluerunt templum
ſanctum tuum/ poſuerunt hieruſalem
in pomorum cuſtodiam. Oratio.
Deꝰ q̄ btōs martyres tuos fa-
bianū ⁊ ſebaſtianū v̄tute cō-
ſtantie ī paſſione roboraſti: ex eorꝝ
nobꝫ imitatiōe tribue ꝑ amore tuo
ꝓſpera mūdi deſpicere/ ⁊ nulla eiꝰ
aduerſa formidare. P. Epl'a. Sācti
ꝑ fidē. in cōi. fo. vi. Gr. Glorioſus deꝰ exod
in ſanctis mirabilis ī maieſtate faciēs 15. c.
prodigia. Vſus. Dextera tua domine A
glorificata eſt in virtute/ dextera manꝰ p̄117
tua confregit inimicum. Allā. Verſus.
Sancti tui dñe benedicent te gloriam
regni tui dicent. Si hoc feſtū āte. lxx.
eueñ. dicit̄ ſequētia de cōi. Si vero
infra non dicitur Alleluya. nec ſeq̄
ſed tr. quod in oībus feſtis. ix. lect
obſeruetur vſqꝫ ad paſſionem dñi.
In feſtis vero ſine regimine chori
nunq̄ dicitur tractus/ ſed gr. repe-
tatur. In feſtis autē dupl. tā infra
paſſionem q̄ extra: dicit̄ tractꝰ ni-
ſi in feſtis purifi. et annuncia. btē
marie/ et dedicationis. Tractus.
Qui ſeminant ī lachrymis in gau-
dio metent. V. Eūtes ibāt et fle-
bant mittentes ſemina ſua. V. Venien-
tes autem venient cū exultatione por-
tantes manipulos ſuos. Euāg. De-
ſcēdēs ieſꝰ de mōte. ī cō. fo. vij. offr.
Letamini in domino et exultate iuſti ⁊
gloriamini omnes recti corde. Secr.
Accepta ſit ī cōſpectu tuo q̄s
dñe nr̄e deuotiōis oblatio ⁊
eorum nobis fiat ſupplicatione ſa-
lutaris ꝑ quorꝝ paſſione deferēt. per.
Communio. Multitudo languenti- Luc
um et qui vexabātur a ſpiritibus imū- 8 ca.
dis veniebant ad eum/ quia virtus de
illo exibat et ſanabat oēs. Poſtcōio.
Sacramentorꝝ tuorꝝ domīe bn̄-
dictione ſatiati ⁊ beatorꝝ mar-
tyrum tuorum fabiani ⁊ ſebaſtiani
glorioſa confeſſione muniti te ſup

pliciter exoramus: vt per hec eadē a cunctis viciis emundemur. P. dominū.

❡ Sancte agnetis virginis ⁊ martyris. Ad missam. Officium.

ps.118 Me expectauerūt peccatores vt perderēt me: testimonia tua dñe itellexi / omnis cōsummatiōis vidi finē latū mādatum tuū nimis. psalmꝰ. ibidē Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deꝰ / qui infirma mundi eligis: vt fortia queqꝫ cōfundas: cōcede propiciꝰ: vt qui beate agnetis martyris tue solēnia colimꝰ: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominū. Epla. Confitebor. i cōmuni. fo. xiii. ps.44. Gra. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū. V. Propter veritatem et mansuetudinē ⁊ iusticiam ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Veni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Sequē. Exultemꝰ. i ꝯi. fo. xiiii. Si infra. lxx. Tc.

Diffusa est grā i labiis tuis propterea, bñdixit te deꝰ in eternū. Vsꝰ. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede ⁊ regna. Vsꝰ. Propter veritatem et mansuetudinē et iusticiam ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. versus Audi filia et vide et iclina aurem tuam qꝛ cōcupiuit rex speciē tuā. Euā. Simile est regnū celoꝝ. the. in cōi. fo. xiiii. Offer. Offerentur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi in leticia ⁊ exultatiōe adducentur in tēplū regi domino. Secr.

Suscipe qs dñe sacrificiū cuiꝰ te voluisti dignāter immolatiōe placari: presta / vt itercedēte btā agnete virgine tua et martyre huiꝰ opatiōe emūdati: bñplacitū tibi nostre mētis seruitiū offeramus. mat Per do. Cōio. Quinqꝫ prudētes virgines acceperunt oleum in vasis suis cū 25.c. A lampadibus media autē nocte clamor factus est sponsus venit exite obuiam christo domino. Postcommunio.

Diuino refecti libamine qsumus dñe deus noster: vt intercedēte btā agnete virgine tua ⁊ martyre: presentis nobis vite subsidium / et eterne tribuas reperire leticiam. Per dominum nostrum.

❡ Sācti vincētii martyris. Offm.

Letabitur iustꝰ i domino ps.36 et sperabit in eo ⁊ laudabūtur omnes recti corde psalmus Exaudi deus ora ibidē tionem meam cūm deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

1. ca. C In illo tp̄e Miſſus eſt āgelus gabriel a deo in ciuitatē galilee/ cui nomē nazareth/ ad virginē deſponſatā viro/ cui nomē erat ioſeph de domo dauid: ⁊ nomē virginis maria. Et ingreſſꝰ angelus ad eā: dixit. Aue grā plena dn̄s tecum: benedicta tu i mulieribus. Que cū audiſſet turbata eſt i ſermone eius ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait āgelꝰ ei. Ne timeas maria: iueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius ieſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominꝰ deus ſedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternū/ et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud/ q̄m virū nō cognoſco? Et reſpondēs āgelus: dixit ei. D Spiritusſanctus ſuperueniet i te: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Et ecce helizabet cognata tua: et ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus ille qui vocatur ſterilis: qꝛ non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat michi: ſecundum verbum tuum.

Offertorium. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu i mulieribus et bn̄dictus fructꝰ vētris tui. Luc 1 ca. In tp̄e paſchali. alleluya. Secreta

In mētibus noſtris queſumꝰ domine vere fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptū de virgine deum verum et hominē firmiter ꝯfitemur: per eiuſdem ſalutifere īcarnationis potētiam: ad eternā mereamur peruenire leticiam. per eundē. Prefatio. Et te in annūciatiōe. Cōio. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium et vocabitur nomen eius ēmanuel. ¶ In tempore paſchali. alleluya alleluya. Poſtcōmunio. eſaie 7. c.

Gratiā tuā queſumus domine mentibꝰ noſtris infūde vt qui angelo nunciante xp̄i filij tui īcarnationē cognouimus: ꝑ paſſioneꝫ eiꝰ et crucē ad reſurrectiōis glīam perducamur. per eūdē. Si hoc feſtū i aliqua dn̄ica. xl. eueñ. ſꝫ differatur i craſtinum: eum vero itra paſſionē extra dn̄icā ꝯtigerit: ibi ſolenniter celebretur. Si autem i die cene vel in duobus diebus ſequentibus/ ſiue i ebdomada paſche euenerit i prima feria vacante poſt octauas paſche vbi conuenientiꝰ poteſt celebrari celebretur. Et hac eodem modo fiat de ceteris feſtis duplicibus tp̄e p̄dicto cōtīgētibꝰ: ꝛ ſp̄ infra .xl. qn̄ fit ſeruitiū de aliquo ſancto nouē lec. miſſa de feſto poſt terciā dr̄. miſſa vero de ieiunio poſt nonā vtraqꝫ ad p̄cipale al' are: ꝛ fiat p̄ſtratio poſt Sctus. ꝛ dicunt̄ feriales p̄ces more ſolito ad illam miſſā de ieiunio: licet duplex feſtū fuerit.

¶ Sancti richardi ep̄i. Officium.

eccli 45 c. D Statuit ei dominꝰ teſtamentum pacis: et principem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. In tempore paſcha. Allā alleluya. ps. Miſericordias domini: in eternum cantabo. Or.

Deus qui eccleſiā tuā meritis bti richardi ꝯfeſſorꝫ tui atqꝫ pontificis feciſti miraculis choruſcare glorioſis: concede nos famulos tuos ipſiꝰ itercesſiōe ad eterne beatitudinis gloriaz puenire. Per dn̄z. Ep̄la. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis. in cōi. fo. ix. Gr.

ps.20 Domine preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. vſus. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Tractus.

ps 1. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. vſus. Potens in terra erit ſemen eius generatio rectorum benedicetur. vſus Gloria et diuitie in domo eius et iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Euangeliuz. Homo quidam peregre. in communi. folio. x. In tempore paſchali. Alleluya. vſus. Iuſtus germinabit ſicut lilium: et florebit in eternuz ante dominum. Secundū Allā. Erit vnum de ſubſcriptis Alleluya. vſꝰ. Mane nobiſcum domine quia declinata eſt iam dies ad veſperum. Allā. vſꝰ. Oportebat pati chriſtum et reſurgere a mortuis et ita intrare in gloriam ſuam. Alleluya. vſus Chriſtus reſurgēs ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur. Alleluya. vſꝰ. Surrexit altiſſimus de ſepulchro qui pro nobis pependit in ligno. Alleluya. vſus. Surrexit chriſtus ꝛ illuxit populo ſuo quem redemit ipſe ſanguine ſuo Alleluya. vſus. Surgens ieſus dominus noſter ſtetit ī medio diſcipulorum ſuorum et dixit pax vobis. alleluya. vſꝰ Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait auete: tūc acceſſerunt ꝛ tenuerunt pedes eius. alleluya. vſus. In die reſurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam.

¶ Quibus dictis dicuntur iſta de ebdomada paſche videlicet de. iij. iiij. et v. ferijs q̄ ſequitur Alleluya. vſus. Surgens ieſus dominus noſter ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum et dixit pax vobis. Alleluya. vſus. Surrexit dominus et occurrēs mulieribus ait auete: tunc acceſſerunt et tenuerunt pedes eius. Alleluya. vſus. In die reſurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileā Quod etiam obſeruetur in omni feſto cum regimine chori ab octauis pache vſqꝫ ad aſcenſionem dn̄i cum repetitione frequenti ſi neceſſe fuerit. Sequentia. Adeſt nobis dies alma. in cōmuni. fo. x. Euangelium. Ego ſum vitis vera. in cōi. f. i. offr. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tēpore paſch. Allā. Se.

Concede queſumus miſericors deus: vt intercedēte beato richardo confeſſore tuo atqꝫ pōtifice oculis tue maieſtatis munus oblatum et gratiam nobꝫ bene viuendi obtineat: et gloriam ſempiternam acquirat. Per dominū noſtrum ieſum xp̄m. Cōmunio Beatus ſeruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amē dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

¶ In tp̄e paſchali Allā. Poſtcōio.

Hec ſacroſancta ſumpta myſteria nobis effectum dñe conſerant ſalutarem: quoꝝ btūs richardus confeſſor tuus atq; põtifex deuotus extitit diſpenſator. Per dñz

¶ Sancti ambroſii epi et do. Officiū.

p̄171 Sacerdotes tui domine induant iuſticiam et ſancti tui exultent propter dauid ſeruum tuum non auertas faciem chriſti tui. In tempore paſcha. Alleluya. ps. ibidē Memēto domine dauid: et omnis manſuetudinis eius. Oratio.

Deus q̄ populo tuo eterne ſalutis beatū ambroſiū miniſtrum conceſſiſti: preſta q̄s: vt quem doctorē vite habuim⁹ in terris interceſſorem ſemper habere mereamur in celis. per. Epla. Dedit dñs. p̄109 in cōi. fo. xl. Grad. Iurauit domin⁹ et non penitebit eum tu es ſacerdos in eternū ſecundū ordinem melchiſedech. ꝟ. Dixit domin⁹ dño meo ſede a dextris meis. Tract⁹ Btūs vir. vt ſup. i officio primo. Euāg. Vigilate q2 neſcitis. i xl. fo. x. In tpe paſc. Allā. ꝟ. Iuſtus germinabit ſicut lilium ꝛ florebit in eternum ante dñm. Scdz Allā. dnū de ſupſcriptis. Seq̄ de cōi. fol. x. Euā. Ego ſum vitis ve. i xl. fo. i. Credo. offm. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: ꝛ i nomie meo exaltabit cornu ei⁹. In tē. pa allā. Se.

Hec in nobis ſacrificia de⁹ intercedēte beatiſſimo confeſſore tuo ambroſio: et actione pmaneāt ꝗ opatiōe firmentur. Per dñz. Cōio. Beat⁹ ſeru⁹ quē cū venerit dñs iuenerit vigilātē amē dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In tēpore paſch. Allel uya allā. poſtcōio.

Sancti ambroſii nos queſum⁹ domine iugiter proſequatur oratio vt quod petitio noſtra non impetrat: ipſo pro nobis interueniente preſtetur. Per dominum nr̄m ieſum xp̄m fi.

¶ Sanctorum tyburtii et valeriani martyrum. Officiū.

Sancti tui domine benedicēt p̄145 te gloriā regni tui dicent alleluya. ps. Exaltabo te deus ibidē meus rex: ꝛ benedicam nomini tuo i ſeculum et in ſeculum ſeculi. Oratio.

Preſta q̄s omps deus: vt qui ſctōꝝ martyrū tuoꝝ tyburtii valeriani ꝗ maximi ſolēnia colimus eoꝝ etiā virtutes imitemur. p. Epla. Lingua ſapiētiū. i cōi. f. vi. Allā. vꝟs. Sancti tui dñe florebunt ſicut liliū ſicut odor balſami erūt ante te. Scdm. Allā. erit de prima dñica pcedēti: ꝗ hoc in omnib⁹ feſtis ſine regie chori ab oct. paſ. vſq; ad aſcē. dñi obſeruetur. Euāg. Ego ſum vitis vos pal. in xl. fo. i. Offm. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe ꝛ veritatē tuam i eccliā ſctōꝝ allā allā. Secre.

Preſentib⁹ dñe q̄s intēde muneribus et patrocinantibus ſanctis martyribus tyburtio valeriano et maximo quorum ſolennia celebramus: fidelibus tuis ſalutis indulgētiam cōferāt: ꝗ eterna premia dignanter acquirant. p. Cōio. p̄.32 Gaudete iuſti in domino allā rectos decet collaudatio alleluya. Poſtcōmūio.

Sacramēti tui dñe q̄s ſumpta bñdictio corpora nr̄a mētes q; ſanctificet: ꝗ ſctōꝝ martyꝝ tuorū tyburtii valeriani ꝗ maximi interceſſiōib⁹: ſempiterne glīe aſcribendo nos preparēt. Per dominū.

¶ Scti alphegi epī et mar. Officiū.

Protexiſti me deus a con- p̄.36 uentu malignantium alleluya a multitudie operātium iniq̄tatem allā alleluya. ps Exaudi de⁹ orationē meā cū depprecor ibidē a timore iimici eripe animā meā. Oratio.

Deus qui beatum alphegum pontificem tuum ſacerdotii dignitate et palma martyrii decovasti: cõcede ꝓpiciꝰ ita nos apud te eiꝰ intercessiõibꝰ adiuuari: vt cum eo possimꝰ ĩ etna felicitate letari. per Epla. Doctrinis varijs. ĩ cõi. fo. v Allã. ỽ. Elegit te dñs sibi ĩ sacerdotē magnũ in ꝑplo suo. Euã. Ego sum vitis ħ.88 vera. ĩ pñ. fo. i. Offm. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe ꝛ veritatem tuam in ecclia sanctorum allã allã. Secreta

Hec dñe altari tuo munera ꝓposita bñdic ipse ꝗ suscipe vt intercessiõe bti alphegi martyris tui atqꝫ põtificis nobꝭ ad fructũ ꝓficiant vtriusqꝫ salutꝭ. p. Cõio Ego sũ vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego in eo: hic fert fructum multũ alleluya alleluya. Postcõmunio.

Sumpto dñe sacramento tuã suppliciter dep̄camur clemẽtiam vt intercedente beato alphego martyre tuo atqꝫ põtifice quod temporaliter gerimus: ad vitã capiamus eternã. per dñm nostrum.

¶ Sãcti georgij martyris. Offm. Protexisti me. vt s. fo. primo. Or.

Deus q̃ nos bti georgij martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propicius: vt cuiꝰ beneficia poscimꝰ dono tue gratie cõsequamur. Per dominũ.

Lctõ epystole bti iacobi apostoli

1.ca. A Carissimi: Omne gaudium existimate cum ĩ tẽtationibus varijs incideritis: sciẽtes ꝙ ꝓbatio fidei vr̃e patiẽtiã operat̃. Patientia autẽ opꝰ ꝑfectum habeat: vt sitis perfecti ꝗ integri in nullo deficiẽtes. Si quis aũt vr̃m indiget sapiẽtia postulet a deo qui dat oĩbus affluenter: ꝗ nõ ĩproperat et dabit̃ ei. Postulet autem ĩ fide: nichil hesitans. qui enim hesitat: similis est fluctui maris: qui a vẽto mouetur ꝗ circumfert̃. Non ergo estimet homo ille: ꝙ accipiat aliq̃d a domino Vir duplex aĩo: ĩconstãs est ĩ oĩbꝰ vijs suis. Glorietur aũt frater humilis in exaltatiõe sua: diues aũt ĩ humilitate sua: qm̃ sicut flos feni trãsibit. Exortꝰ est eĩ sol cũ ardore ꝗ arefecit fenũ ꝗ flos eiꝰ decidit ꝗ decor vultꝰ eiꝰ deperijt Ita ꝗ diues: ĩ itineribꝰ suis marcescit. Btũs vir q̃ suffert tẽtationẽ: qm̃ cũ ꝓbatus fuerit accipiet coronã vite: quã repromisit deꝰ diligẽtibꝰ se. Allã. ỽ. Letabitur iustꝰ ĩ dño ꝛ sp̄abit ĩ eo ꝛ laudabũtur oẽs recti corde. Seq̄. Organicis canamꝰ. ĩ cõi vl. iiij. Euãg. Ego sũ vitis vera. in cõi fo. i. Credo. ħ.88 Offertoriũ. Confitebuntur celi mirabilia tua domine ꝛ veritatem tuã in ecclesia sanctorũ allã allã. Secreta

Offerimꝰ tibi dñe solẽne sacrificiũ ꝓ venerãda scti georgij martyris tui passione dep̄cãtes clemẽtiã tuã: vt ꝑ hec sacrosctã mysteria ãtiq̃ hostꝭ tẽtamẽta te triũphãte vicamꝰ ꝛ eterne remuneratiõis ꝓmissa te largiẽte ꝯsequamur. p. Cõ. ħ.63 Letabitur iustꝰ in dño et sperabit ĩ eo: ꝛ laudabũtur oẽs recti corde. Postcõ.

Mense celestis satiati dulcedine humiliter te rogamꝰ oĩps pater: vt intercedẽte beato georgio martyre tuo resurrectionis eius simus participes/cuius sumus morte redempti. Qui tecum viuit ꝛ re.

¶ Sancti marci euãgeliste. Offm. Protexisti me. vt s: ĩ primo. fo. or.

Deus q̃ btũm marcum euãgelistã tuũ euãgelice p̄dicationis gratia sublimasti: tribue q̃s: eiꝰ nos sẽper et eruditiõe ꝓficere ꝗ orõne defendi. per. ¶ Ad ephesios.

Fratres: Unicuiqꝫ nostrũ data est grã: secundum mẽsuraꝫ 4 ca. donationis xp̄i. Propter quod dicit. B Ascendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatem: dedit dona hoĩbus. Quod aũt ascendit: quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes terre? Qui deſcēdit ipſe eſt/ et qui aſcendit ſuper omnes celos: vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit

C quoſdam qdē apl'os: quoſdā autem ꝓphetas/ alios vero euāgeliſtas/ alios vero paſtores et doctores ad conſummationē ſctoꝝ in opus miniſterij i edificationē corporis xp̄i donec occurramus omnes i vnitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei/ i virum perfectum: in menſuram etatis plenitudinis chriſti. Alleluya. Verſus. Primus ad ſyō dicet ecce adſū et hieruſalem euāgeliſtam dabo Seq̄. Laus deuota. in cōi. fol. iij. Euāg. Ego ſum vitis vera. in cōi. fol. i.

p.88 Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine et veritatem tuam in eccleſia ſanctorum allā allā. Secreta.

Beati marci euāgeliſte tui ſolēnitate tibi munera deferentes q̄s dn̄e: vt ſicut illum ꝑdicatio euāgelica fecit glorioſū: ita nos ei⁹ interceſſione ⁊ vbo ⁊ ope tibi reddat acceptos. p. Prefa. Te dn̄e. non dr̄ in hac ꝑfatiōe. Per btōs euangeliſtas. ſed. Per beatos apl'os. Cōio. Ego ſum vitis vera et vos palmites q̄ manet in me et ego in eo hic fert fructū multum alleluya alleluya. Poſtcōio.

Refecti cibo ſpūalis alimonie q̄ſumus dn̄e de⁹ noſter vt qđ myſterio frequētam⁹ itcedēte btō marco euāgeliſta plena virtute cōſequamur. per. ¶ Si i ebdō. paſche aliqđ feſtū vel ieiuniū euenerit: nichil de feſ. fiat nec de ieiunio nec p⁹ nec āte niſi forte in oct. contigerit tūc enim poteſt differri in craſtinū hoc idem obſeruetur in ebdō. pēthe.

¶ Scti vitalis martyris. Officiū. Protexiſti me deus vtē. Oratio.

Preſta q̄s omp̄s de⁹ vt intercedente beato vitale martire tuo: et a cunctis aduerſitatib⁹ muniamur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mēte. p. Epl'a. Nemo militans deo. in cōi. fo. iiij. Alleluya. V. Sancti tui domine florebunt ſicut lilium: et ſicut odor balſami erunt ante te. Seq̄. Organicis canam⁹. in cōi. fol. iiij. Euang. Ego ſū vitis ve. in cōi. fol. i. Offer. Repleti ſum⁹ mane miſericordia tua: exultauim⁹ ⁊ delectati ſum⁹ allā. Secreta.

Grata tibi dn̄e q̄s nr̄a ſint munera qb⁹ ſcti vitalis martyris tui paſſio recolit honorāda. p. Cō. Ego ſum vitis vera et vos palmites q̄ manet in me et ego i eo: hic fert fructū multum alleluya allā. Poſtcōmunio.

Queſum⁹ oṗs de⁹ vt mun⁹ diuinū qđ ſumpſim⁹ itercedente btō vitale martyre tuo ſalutari nobis ꝑficiat effectu. p. ¶ In die apoſtoloꝝ philippi ⁊ ia. Ad miſ. offi.

Exclamauerūt ad te dn̄e i tp̄e afflictionis ſue: et tu deus exaudiſti eos alleluya alleluya. Ps. Exultate iuſti in do- p̄.11 mino: rectos decet collaudatio. Oīo.

Deus q̄ nos ānua apl'oꝝ tuoꝝ philippi ⁊ iacobi ſolennitate letificas: preſta q̄s/ vt quoꝝ gaudemus meritis: inſtruamur exemplis. per do. Lectio libri ſapientie.

Stabūt iuſti i magna cōſtātia ſe aduerſ⁹ eos q̄ ſe āguſtiauerūt et q̄ abſtulerūt labores illoꝝ. Videtes aūt turbabūt timore horribili et mirabūt i ſubitatiōe iſpate ſalutꝫ dicētes itra ſe penitētiā agētes ⁊ ꝑ āguſtia ſpūs gemētes. Hi ſūt quos aliquādo habuim⁹ i deriſū: ⁊ i ſimilitudinē iproperij. Nos iſēſati vitā illoꝝ eſtimabam⁹ iſaniā: ⁊ finē illorū ſine honore. Quō ergo cōputati ſūt iter filios dei: Et inter ſctōs ſors illoꝝ eſt. Allā. V. Stabūt iuſti in magna cōſtātia aduerſ⁹ eos q̄ ſe angu

ſtiauerunt. Allā. ℣. Nōne coꝛ noſtrum
ardēs erat in nobis de ieſu dum loque
retur nobis i via? Seq̄. Clare ſctōꝝ.
in cōi. fol. i. Secūdum iohannem.
14.c. A IN illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipu
lis ſuis. Non turbetur coꝛ ve
ſtrū. Creditis i deū: ⁊ in me credite
In domo patris mei māſiōes mul
te ſunt. Si quominꝰ dixiſſē vobis
qꝛ vado parare vobis locum. Et ſi
abiero: iteꝝ veniā ⁊ accipiā vos ad
meipſū/ vt vbi ſum ego ⁊ vos ſitis
Et quo ego vado ſcitis: et viā ſcitꝭ
Dixit ei thomas Dñe neſcimꝰ quo
vadis. Et quō poſſumus viam ſci-
re? Dixit ei ieſus. Ego ſum via: ve-
ritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrē
niſi ꝑ me: Si cognouiſſetꝭ me ⁊ pa
trē meum vtiqꝫ cognouiſſetis. Et
amodo cognoſcetis eum: ⁊ vidiſtis
B eū. Dixit ei philippꝰ. Dñe/ oſtende
nobis patrē: ⁊ ſufficit nobis. Dixit
ei ieſus. Tanto tempoꝛe vobiſcum
ſum: et nō cognouiſtis me? Philip
pe q̇ videt me: videt et patrē. Quo
p̄.51 modo tu dicis: oſtēde nobis patrē?
Non credis qꝛ ego in patre: et pa-
ter i me eſt? Verba que ego loquoꝛ
vobis: a meipſo non loquoꝛ Pater
autem i me manens: ipſe facit ope
ra Non creditis: quia ego in patre
et pater in me eſt? Alioqui ꝓpter
ipſa opa credite. Amē amē dico vo
56 bis: qui credit i me opa que ego fa-
cio ⁊ ipſe faciet ⁊ maioꝛa hoꝛum fa
ciet/ qꝛ ego ad patrem vado. Et qō
cunqꝫ petieritis patrem i nomine
p̄.88 meo: hoc faciā. Credo. Offm. Cōfi-
tebūt celi mirabilia tua dñe ⁊ veritatē tu
am i eccl̃ia ſctōꝝū. allā alleluya. Secr.
Deus eccleſie tue redemptoꝛ
atqꝫ ꝑfectoꝛ da vt apoſtolo-
rum tuoꝛum philippi ⁊ iacobi pꝛe-
cibꝰ: paſchalis ſacramēti dona ca-
piamꝰ: quoꝛum nobis magiſterio
ea voluiſti pꝛedicari. P. Pꝛefa. Et
te dñe. Cōio. Tanto tp̄e vobiſcū ſū et ioh.
nō cognouiſtis me philippe qui videt 14.c.
me videt ⁊ p̄rem allā: nō credis qꝛ ego i B
p̄re et pater in me eſt allā allā. Poſtcō
Paſchale myſteriū recenſētes
vtōꝝ apl̄oꝝ philippi ⁊ iacobi
dñe p̄cibꝰ foueamur quoꝝ magiſte
rio hoc cognouimꝰ exequēdū. p d.

¶ In inuētiōe ſācte crucis. Offm.

NOs aūt gloꝛiari o- Ad
poꝛtet in cruce dñi gal.
nr̄i ieſu xp̄i: in quo 6 ca.
eſt ſalꝰ vita ⁊ reſur D
rectio nr̄a ꝑ quē ſal
uati et liberati ſu-
mus allā allā. p̄s.
Deꝰ miſereatur nr̄i ⁊ bñdicat nobis: il p̄.66
luminet vultū ſuū ſr̄ nos ⁊ miſereat̃ nr̄i
Kyrie. Lux et. ⁊ dñr cū ſuis vſi. oꝛ.
Deus qui i pꝛeclara ſalutife-
re crucis inuētiōe paſſionis
tue miracula ſuſcitaſti: concede vt
vitalis ligni pꝛecio eterne vite ſuf-
fragia conſequamur. Qui vi. ⁊ re.
¶ Nulla fiat memoꝛia de reſurre-
ctione ſed de ſanctis martyribꝰ ale
xādꝛo euentio ⁊ theodolo. Oꝛatio.
Preſta q̄s om̄ps deꝰ: vt q̇ ſctō
rum martyꝝ tuoꝝū alexādꝛi
euentij/ et theodoli natalicia coli-
mus: a cunctis malis imminētibꝰ
eoꝝ itercesſionibꝰ liberemur. Per
Ep̄la Confido. i cōi fo. iiij. Allā. ℣.
Dulce lignum dulces clauos dulcia fe eccl̃a
rens pondera que ſola fuiſti digna ſu-
ſtinere regem celoꝛum et dominum. Al
leluya. ℣ſus Dicite in gentibus quia
dominus regnauit a ligno. Sequētia
Salue crux ſācta arboꝛ digna.
Cuiꝰ robur pꝛecioſum mūdi
ferret talentū. Ut hoſtis ꝑ lignum
victoꝛ ligno reuinceretur Quodqꝫ
exoꝛtus moꝛtis pꝛimis erat terri-
genis paradyſo ꝓpulſis. Cauſa
etiam vite foꝛet cūctis chꝛiſti moꝛ-
te vere viuificatis. Hoꝛrificum tu

es semꝑ signū liuicis crux sacra se
uis Quā mors pauet: infernusq; ti-
met: que xp̄o suos recōsignas. Cui
laus sit in euum. Scd̄m iohannē.
3.ca. A IN illo tp̄e: Erat hō ex phari
seis nichodemꝰ noīe: p̄nceps
iudeoꝝ. Hic venit ad iesū nocte/et
dixit ei. Rabbi: scimꝰ qr a deo veni
sti magister. Nemo ei potest hec si-
gna facere q̄ tu facis: nisi fuerit deꝰ
cū eo. R̄ndit iesus: ⁊ dixit ei. Amen
amē dico tibi: nisi q̄s natꝰ fuerit de
nuo/ nō potest videre regnū dei Di
xit ad euz nichodemꝰ. Quomō po-
test hō nasci cū sit senex? Nūq̄d po-
test i vētrē matris sue iterato itroi
re ⁊ renasci? R̄ndit iesꝰ. Amē amen
dico tibi: nisi quis renatꝰ fuerit ex
aqua ⁊ sp̄ū sctō: nō potest itroire in
regnū dei. Qđ natū est ex carne ca-
ro est Et qđ natū est ex sp̄ū: sp̄ūs est
Non mireris/ qr dixi tibi: oportet
vos nasci denuo Sp̄ūs vbi vult spi
rat ⁊ vocē eiꝰ audis sed nescis vnde
veniat aut quo vadat. Sic ⁊ oīs
qui natus est ex sp̄ū. R̄ndit nicho-
demus: et dixit ei. Quomodo pos-
sunt hec fieri? Respondit iesus/et
B dixit ei. Tu es magister in israel: et
hec ignoras? Amen amē dico tibi/
qr quod scimus loquimur: et quod
vidimus testamur: ⁊ testimonium
nr̄m nō accipitꝫ Si terrena dixi vo
bis ⁊ nō creditis: quō si dixero vo-
bis celestia credetis? Et nemo ascē
dit in celum nisi qui descendit de ce
lo: filius hoīs q̄ est in celo. Et sicut
moyses exaltauit serpentē in deser-
to: ita exaltari oportet filiū homi-
nis: vt oīs qui credit i ipsū non pe-
reat: sed habeat vitā eternā. Credo.
eccl. Offertorium. Protege domine plebē
tuam ꝑ signū sancte crucis ab omni-
bus insidiis inimicorū oīm vt tibi gra
tam exhibeamus seruitutē: et accepta-
bile tibi fiat sacrificiū nr̄z allā. Secre.

SAcrificiuz dn̄e qđ tibi imola-
mus: placatꝰ itēde/ vt ab oī
nos eruat belloꝝ neq̄tia: ⁊ ꝑ vexil-
lū sctē crucis filij tui ad ꝯterendas
ptātes aereas: ⁊ aduersarioꝝ insidi-
as nos i tue ꝓtectōis securitate cō
stituat. Per eundem xp̄m dn̄m nr̄m

¶ Alia secreta de martyribus.

SUper has hostias q̄s dn̄e bn̄-
dictio gl'iosa descēdat: q̄ scti fi
cationē clementē opeꝛ ⁊ de martyꝝ
tuoꝝ alexādri euētij ⁊ theodoli solē
nitate nos letificet. ꝑ. dn̄m q̄ salu. ¶ Cō.
Per lignū serui facti sumꝰ ⁊ ꝑ sctām cru
cē liberati sumꝰ: fructus arboris sedu-
xit nos/ filius dei redemit nos allā. In
vtroq; finiat ci alleluya. postcōm.

REpleti alimonia celesti ⁊ spi
rituali poculo recreati: q̄su-
mus omīps deus: vt ab oī hoste ma
ligno defendas / quos per lignum
sancte crucis filij tui arma iusticie
ꝓ salute mūdi triumphare iussisti
Qui te. Alia postcō. de martyribꝰ.

SUmptis domine muneribus
sacris tribue q̄s/ vt ad eadeꝫ
appetenda sanctorū martyꝝ tuo-
rū alexādri/ euentij et theodoli pre
cibus et exemplis promptius inci-
temur. per dn̄m ¶ Sancti iohānis
ante portam latinam. Officium.

IN medio ecclesie a- eccl
peruit os eius: ⁊ im 15.c.
pleuit eum dn̄s spi- B
ritu sapientie ⁊ in-
tellectus: stola glo
rie induit eum. ps.
Iocūditatē ⁊ exulta-
tionē thesaurizauit sup eū. Oratio.

DEus qui cōspicis qr nos vn-
diq; mala nr̄a perturbāt pre
sta q̄s: vt beati iohānis apl'i tui ⁊ e-
uāgeliste intercessio gl'iosa nos ꝓ-
tegat. per dominum. Lectio libri. eccl
QUi timet deum: faciet bona. 15.c.
Et qui continens est iusticie A

apphēdet illā: ⁊ obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibauit illum pane vite ⁊ ītellect⁹: ⁊ aqua ſapiētie ſalutaris potabit illū. Et firmabit ī illo ⁊ nō flectet̄: et cōtinebit illū ⁊ nō ꝯfūdet̄: ⁊ exaltabit illū apd̄ ꝓrios ſuos. In medio eccl'ie apuit os ei⁹: ⁊ īpleuit eū dn̄s ſpū ſapiētie et intellectus/ ⁊ ſtola gl'ie īduit eū. B Iocūditatē ⁊ exultationē: theſaurizauit ſpū eū. Et noīe eterno hereditabit illū: dn̄s de⁹ nr̄. Allā. v. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his ⁊ ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Seq̄. Laus deuota. in cōi. folio. iij. Secūdū iohannem

8 ca. A IN illo tp̄e: Dixit ieſus petro Sequere me. Conuerſus petr⁹: vidit illū diſcipulū quē diligebat ieſus ſequētē: qui et recubuit ī cena ſupra pect⁹ eius ⁊ dixit. Dn̄e/ q̄s eſt q̄ tradet te? Hunc ergo cū vidiſſet petr⁹: dixit ieſu. Dn̄e/ hic aūt q̄d? Dixit ei ieſ⁹. Sic eū volo manere: donec veniā. Quid ad te? Tu me ſeq̄re. Exiit ergo ſermo inter fres: q̄ diſcipul⁹ ille nō morit̄. Et nō dixit ei ieſ⁹ nō moritur: ſed ſic eū volo manere donec veniam. Quid ad te. Hic eſt diſcipul⁹ qui teſtimoniū ꝑhibet de his: ⁊ ſcripſit hec. Et ſcimus q2 verū eſt: teſtimonium eius Credo. Offertorium. Iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus que in libano eſt multiplicabitur alleluya. Secreta

SIc nos q̄s dn̄e beati iohānis apoſtoli tui ⁊ euangeliſte ſolēnia tuis fac celebrare myſterijs vt que predicauit ⁊ credamus pariter et ſequamur. Per dn̄m. Prefatio. Et te dn̄e. Cōio. Exiit ſermo īter fratres q̄ diſcipulus ille non morit̄: et non dixit ieſus non moritur: ſed ſic eū volo manere donec veniam. Poſtcōmunio

REfecti domine pane celeſti intercedēte beato iohāne apoſtolo tuo et euangeliſta ad vitā q̄s nutriamur eternā. p. ¶ Sc̄ti iohānis de beuerlaco ep̄i ⁊ ꝯfeſſo. Offm̄.

STatuit ei domin⁹ teſtamētum pacis: et principem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ī eternum. eccl'i 45 c. D B Pſalm⁹. Miſericordias dn̄i: in eternum cantabo. Or.

DA queſumus omnipotēs de⁹ vt beati iohānis confeſſoris tui atq3 pontificis venerāda ſolennitas: ⁊ deuotionem nobis augeat et ſalutem. Per. Epiſtola. Iuſtum deduxit. in cōi. fo. ix. Allā. V'ſus. Amauit eum dominus et ornauit eum ſtola gl'ie induit eū. Seq̄. Adeſt nobis dies alma. in cōi. fo. x. Euāg. Ego ſum vitis vera. in cōi. fol. i. Offm̄. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Sec.

REſpice q̄ſumus dn̄e munera populi tui ī beati iohānis cōfeſſoris tui atq3 pontificis honore oblata: et tue teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutem. p dn̄m. Cōmunio. Fidelis ſeruus et prudens quē conſtituit dominus ſuper familiā ſuam vt det illis in tempore tritici mēſurā. In tp̄e paſchali. Allā. p⁹ cōio.

QVos tuis dn̄e reficis ſacramētis ſancti iohānis confeſſoris tui atq3 pontificis attolle benign⁹ ſuffragiis. vt noſtre redemptionis effectum et miſterijs capiam⁹ ⁊ moribus. Per dn̄m. ¶ Sc̄orum gordiani et epimachi martyrum. Officiū.

SAncti tui domine bn̄dicēt te: gloriam regni tui dicēt alleluya. ps. 146. Ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in ſeculum et ī ſeculum ſeculi. ibid̄ Oratio.

DA q̄s om̄ps deus vt qui beatorum martyrū tuorū gordiani ⁊ epymachi ſolēnia colimus: eorū apd̄ te interceſſionibus adiuuemur. p. Ep'la. Iuſtorum aīe. in cōi.

ſo.vi Allā.v. Sancti tui domine flo
rebunt ſicut lilium: et ſicut odoꝛ balſa=
mi erunt ante te. Euangelium. Ego
ſum vitis ⁊ vos palmites. In cōmu
ni. folio.i. Offertoꝛium. Mirabilis
deus in ſanctis ſuis deus iſrael ipſe da
bit virtutem et foꝛtitudinem plebi ſue
benedictus deus alleluya. Secreta

Preſta q̄s dn̄e deꝰ nr̄: vt ſicut
in conſpectu tuo moꝛs eſt ꝑcio
ſa ſctoꝝ: ita coꝛū merita venerātiū
accepta tibi reddatur oblatio. per.
Cōio. Juſtoꝛuꝫ anime i manu dei ſūt ⁊
non tanget illos toꝛmētum malicie: vi
ſi ſunt oculis inſipientium moꝛi illi au
tem ſunt in pace. Poſtcommunio.

Reſpice q̄s dn̄e populū tuū et
ſpūalibꝰ inſtrue alimētis: et
quoꝝ tribuis ſolēnia celebꝛare: fac
coꝛū gaudiis intereſſe. p. ¶ Sctoꝝ
nerei achilei atq; pācracii m. offm̄.

p̄.32. Ecce oculi domini ſuper ti
mentes eum: ſperantes i
miſericoꝛdia eiꝰ alleluya
vt eripiat a moꝛte almas
eoꝛum quoniam adiutoꝛ et prote=
ibid ctoꝛ nr̄ eſt allā al. Ps. Exultate iuſti i
domino rectos decet collaudatio. Orō.

Semper nos dn̄e ſctoꝝ marty
rum tuoꝝ nerei et achilei at=
q; pancracij foueat q̄s btā ſolenni=
tas et tuo dignos reddat obſequio
per d̄. Epl̄a. Juſti aūt. in cōi. fo. vi.
Allā. Vſus. Vox exultationis et ſalu=
tis in tabernaculis iuſtoꝛum. Euange.
Ego ſum vitis vos palmites. I cōi.
p̄.88 fo.i. Offertoꝛium. Confitebuntur celi
mirabilia tua domīe et veritatem tuaꝫ
in eccl̄ia ſanctoꝛum allā allā. Secreta

Sanctoꝛū martyꝛum tuoꝝ ne=
rei et achilei atq; pācracij ti=
bi dn̄e grata cōfeſſio: ⁊ munera no
ſtra commēdet: ⁊ tuā nobis indul=
gētiā ſemper imploꝛet. per dominū.
p̄.32 Cōio. Gaudete iuſti in domio allā: re=
ctos decet collaudatio allā. Poſtcōio.

Queſumus dn̄e deus noſter vt
btoꝝ martyꝛum tuoꝛū nerei
⁊ achilei atq; pācratij deꝑcatiōibꝰ
ſacramēta ſctā q̄ ſūpſimꝰ ad tue no
bis ꝑficiāt placatiōis augmētū. p.
¶ Scti dūſtani epy. et con. Officiū

Sacerdotes tui domine in= p̄.131
duant iuſticiam et ſancti
tui exultent propter dauid
ſeruum tuum non auertas faciem
chꝛiſti tui Alleluya. Memēto dn̄e da ibid
uid: et omnis māſuetudinis eiꝰ. Cātꝰ.
vt Kyꝛie rex ſplēdēs. ſine. v. Oratio

Deus q̄ beatū dūſtanū ponti=
ficē tuū ad regna trāſtuliſti
celeſtia: da nobis ꝑ gl'ioſa eiꝰ meri=
ta ad gaudia trāſire perennia. per.
¶ Mē. de. ſ. potētiana virgine. or.

Concede nobis q̄s omps deꝰ
ſctē potentiane virginis tue
et exultare meritis: et bn̄ficioꝝ eiꝰ
attolli ſuffragijs. p. Epl̄a. Ecce ſa=
cerdos magnꝰ q̄ in diebꝰ ſuis. i cōi
fo.x. gra. Jurauit dominꝰ et non peni= p̄.109
tebit eum tu es ſacerdos in eternū ſecū
dū oꝛdinem melchiſedech. Allā. verſus
Poſui adiutoꝛiū ſuper potentē: ⁊ exal=
taui electum de plebe mea. Seq. Al=
ma cohoꝛs. i cōi. fo. x. Euā. Hō qui=
dā peregre. i cōi. fo. x. In tp̄e paſch.
Ego ſum vitis ve. i cōi. fol.i. Offꝛ.
Inueni dauid ſeruum meum et in oleo
ſancto vnxi eum: manus eni mea auxi=
liabit ei ⁊ bꝛachiū meum cōfoꝛtabit eū.
In tēpoꝛe paſch. Alleluya. Secret.

Suſcipe q̄s dn̄e munera ſuppli
cantis familie tue que tibi in
beati dunſtani confeſſoꝛis tui atq;
pontificis ſolennitate deferimus:
precantes vt eius patrocinio bene
rādo adiuti: defendi mereamur ab
omnium inimicoꝛū inſidiis. p dn̄m
¶ Alia ſecreta de ſcta potentiana

Olocauſta hec dn̄e tua benedi=
ctione ſctifica: vt ſancte potē
tiane virgis tue tibi meritis acce=

pta ſint: ꝑ cui⁹ ſūt veneratõe obla-
ta. per. ¶ Cõmunio. Domine quinq; ta-
talenta tradidiſti michi: ecce alia ſuper
lucratus ſum: euge ſerue fidelis/ quia
ī pauca fuiſti fidelis: ſupꝛa multa te cō
ſtituam: intra in gaudium domini tui.
In tempoꝛe paſchali. Allā. poſtcō.
Beati dūſtani ꝯfeſſoꝛꝭ tui atq;
pontificis q̄s dñe pꝛecatiōe
nos adiuua: ꝑ cui⁹ veneratiōe tua
contingimus ſacramenta. per do.
Alia poſtcōio de ſācta potentiana
Sumptꝭ dñe ſalutꝭ eterne my-
ſteriis queſum⁹: vt īntercedē-
te btā potētiana vgīe tua: ita nos
tuis vti facias ſacramētis: vt eter-
nis mereamur īntereſſe cōuiuiis. p.
¶ Sācti aldelmi epi et ꝯfeſ. Offm.
eccli 45 c. Statuit ei dñs teſtamētū
pacis ⁊ principē fecit eū
vt ſit illi ſacerdotii digni-
tas in eternum. In tēpoꝛe paſcha
li alleluya/ alleluya. Pſalmus.
Mias dñi ī eternum cātabo. Oratio.
Deus q̄ hodierna die ſāctum
pōtificē tuū aldelmū ad eter
na ſubleuaſti gaudia: eius q̄s meri
tis illuc tua nos ꝑducat mīa. per.
¶ Memoꝛia de ſctō vꝛbano mar. oꝛ.
Da q̄s oṗs de⁹ vt q̄ btī vꝛbani
martyꝛis tui atq; pontificis
natalicia colim⁹ ei⁹ īteruētu nobꝭ
tribue veniā pctōꝝ ⁊ cū ipo celeſtiū
gaudia ꝑmioꝝ. p. Epla. Iuſtū de-
p̄.20 du. ī cō. fo. ix. Gr. Dñe ꝑuēiſti eū ī bñ
dictiōibus dulcedinis: poſuiſti ī capite
eius coꝛonā de lapide ꝓcioſo. V. Vitā
petiit ⁊ tribuiſti ei: longitudinē dierū
in ſclm ſcli. Alleluya. V. Iuſtus germi-
nabit ſicut liliū: ⁊ floꝛebit ī eternū ante
dominū. Seq. Adeſt nobꝭ. in cō. fo
x. Euā. Vigilate q: neſcitis in cō i.
fo. x. In tpe paſc. Euāg. Ego ſum vi-
tis vera. in cōi. fol. i. Offertoꝛiū m.
Veritas mea ⁊ mīa mea cum ipſo: ⁊ in
nomine meo exaltabitur coꝛnu eius.

In tp̄e paſcali Alleluya. Secreta
His tibi ꝓcibus dñe noſtra q̄s
grata reddatur oblatio ꝓ cu
ius feſtiuitate eſt immolata. Per.
¶ Alia ſecreta de ſancto vꝛbano.
Munera dñe q̄s tibi dicata ſā-
ctifica: ⁊ intercedente beato
vꝛbano martyꝛe tuo atq; pōtifice
per hec eadē nos placat⁹ itēde. per
Cōio. Beatus ſeruus quē cum vene-
rit dñs inuenerit vigilantē: amen dico
vobis/ ſup omnia bona ſua ꝯſtituet eū
In tēpoꝛe paſc. allā allā. poſtcōio.
Solēnitatē q̄s dñe ſācti pōti-
ficis aldelmi celebꝛātib⁹ ade
ſto ꝓpicius: ⁊ nobꝭ eius meritis cō-
cede gaudia vite celeſtis. per dñm.
¶ Alia poſtcōio de ſancto vꝛbano.
Sumētes dñe ſacramēta cele-
ſtia pietatē tuā humili deuo-
tione depoſcim⁹: vt illā q̄ in beato
vꝛbano martire tuo atq; pontifice
flagrauit foꝛtem/ dilectionem no-
bis benignus aſpires. p. ¶ Sancti
auguſtini angloꝝ apoſtoli. Offm.
Sacerdotes dei bñdicite do- dan.
minū: ſancti et humiles coꝛ- 3. ca.
de laudate deum. In tem- F
poꝛe paſchali alleluya alleluya. Ps.
Bñdicite omnia opa dñi dño: laudate
et ſuper exaltate eum in ſecula. Oratio
Deus q̄ btm̄ auguſtinū pōti-
ficē ꝑmū doctoꝛē ppl'o ꝯceſ-
ſiſti āgloꝝ: tribue nobꝭ q̄s vt cuius
meritꝭ ꝓdicam⁹ ī tris: ei⁹ ſuffragia
apō te ſentiam⁹ ī celis. per. Epla.
Dedit dñs. in cōi. folio ix. Gradal.
Ecce ſacerdos magn⁹ q̄ in diebus ſuis
placuit deo. V. Nō ē īuēt⁹ ſilis illi q̄ cō-
ſeruaret legē excelſi. allā. V. Amauit eū
dñs ⁊ oꝛnauit eū: ſtola glīe īduit eū. Se-
quē. Alma cohoꝛs. ī cō. f. x. S. lucā.
In illo tpe: Deſignauit dñs 10 c.
et alios ſeptuaginta duos: ⁊ A
miſit illos binos ante faciem ſuam
in oēm ciuitatē/ ⁊ locum quo erat

ipſe ventur⁹. Et dicebat illis. Meſſis q̄dē multa: operarij āt pauci. Rogate ergo dn̄m meſſis: vt mittat operarios i meſſē ſuā. Ite. Ecce ego mitto vos ſicut agnos int̄ lupos. Nolite ergo portare ſacculū: neq3 perā: neq3 calciamēta & neminē p via ſalutaueritis. In quācūq3 domū intraueritis p̄mū dicite Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit fili⁹ pacis requieſcet ſup illū pax vr̄a. Sin aūt/ ad vos reuertet. In eadē āt domo manete: edētes & bibētes q̄ apd illos ſūt. Dign⁹ ē ei operari⁹ mercede ſua. In t̄pe paſ. Euā. Ego ſū vitis ve. i ꝯi. fol. i. Credo. Offr̄. Inueni dauid ſeruū meū & i oleo ſācto vnxi eū: man⁹ ei mea auxiliabit ei & brachiū meū ꝯfortabit eū. In

B

Grata tibi (t̄pe paſ. allā. Secr̄. ſint dn̄e q̄s oblata munera quibus & bti auguſtini ꝯfeſſoris tui atq3 pōtificis merita veneramur & nr̄e parit recolim⁹ inſignia libertatis vite. p. Cōio. Fidelis ſeru⁹ & prudēs quē ꝯſtituit dn̄s ſup familiā ſuā: vt det illis cibū i t̄pe tritici menſurā. In t̄pe paſc.

Sancta tua q̄s (allā allā. Nos dn̄e q̄ p bti auguſtini ꝯfeſſoris tui atq3 pōtificis hodierna ſolēnitate libauim⁹ nos refoueāt: qb⁹ & iugiter ſatiemur: & ſp deſiderem⁹ expleri. p. ¶ Scti germani ep̄i. Offm̄.

eccli 45 c. D

Statuit ei dn̄s teſtamentum pacis & p̄ncipē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. In t̄pe paſc. allā allā. ps. Mias dn̄i in eternū cātabo. Oratio.

Omnip̄s ſempiterne de⁹/ q̄ nos in bti germani ꝯfeſſoris tui atq3 pōtificis hodierna feſtiuitate letificas: tuā ſupplices exoram⁹ clementiā: vt cui⁹ ſolēnia deuotis officijs veneramur: ei⁹ pijs ſuffragijs eterne vite remedia ꝯſequamur. p. Epla. Ecce ſa. ma. q̄ i dieb⁹ ſuis. cōi. fo. ix. Gr̄.

p̄ 109 Iurauit dn̄s & nō penitebit eū: tu es ſacerdos i eternū ſcd̄z ordinē melchiſedech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. allā. V. Diſpoſui teſtamētū electis meis: iuraui dauid ſeruo meo. Euā. Ho quidā peregre. i ꝯi. fo. x. In t̄pe pa. Ego ſū vitis vera. in cōi. fo. i. Offr̄. Veritas mea & mīa mea cū ipſo: & i noīe meo exaltabit cornu ei⁹. In t̄pe paſc.

Propiciare dn̄e (allā. Secre. q̄s ſupplicationibus nr̄is et intercedēte p nobis btō germano ꝯfeſſore tuo atq3 pōtifice his ſacramentis celeſtibus ſeruiētes ab omni culpa liberos eſſe concede: vt purificante nos gratia tua eiſdē quibus famulamur myſterijs emundemur. per dominū nr̄m. Communio. Beatus ſeru⁹ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātē: amē dico vobis ſup oīa bona ſua ꝯſtituet eū. In t̄pore paſchali. alleluya alleluya. Poſtcōmunio

Preſta queſumus domine deus noſter: vt diuinis myſterijs expiati intercedente beato germano confeſſore tuo atq3 pontifice ad ſuperni plenitudinem ſacramenti: cuius libauimus ſancta tēdamus. Per dominum nr̄m ieſum

¶ Scte petronille virginis. Offm̄.

p̄ 44 A

Dilexiſti iuſticiā & odiſti iniq̄tatē ppterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie: pre ꝯſortib⁹ tuis. In t̄pe paſchali. alleluya allā allā. ps. Eructauit cor meū vbū bonū: dico ego opa mea regi. ibidē

Deus qui beate (Oratio. petronille virginis tue animam in celeſtibus collocaſti/ fac nos eius interuentu a peccatorum noſtrorum nexibus abſolui/ & ab oī

semꝑ adversitate defendi. ꝑ. Epl'a.
p44 Qui gl'ari ꝯi. f. xiij. grad. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniq̄tatē. v. Propterea unxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie. al'. v. Spē tua ⁊ pulchritudīe tua itēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Euā. Simile ē re. cel'. de . i ꝯcōi. fo. xiiii. offertoriū. Offerentur regi virgīes post eam proxime eius offerentur tibi. In tēpore pas. all'a. Sec.

Sacrificiū qđ tue offerimꝰ maiestati clementissime deꝰ placatus suscipe: et ꝑ merita beate petronille gl'iose virgīs tue p̄sentꝫ vite subsidiū: ⁊ future felicitatē ꝯcede
p44 per. Cō. Diffusa ē grā i labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. In tēpe pasch. All'a all'a. postcōmunio.

Perceptis dn̄e salutaribꝰ alimētꝫ q̄s: vt itercedēte btā petronilla virgīe tua ꝑ hec ꝓficere ad gaudia mereamur eterna. Per dn̄z

¶ Scti nichomedis mar. officium.

p.36 Letabitur iustus in domino et sperabit i eo: et laudabuntur omnes recti corde. In tpe pa. All'a all'.
tibd p. Exaudi deꝰ orōnē meam cum deprecor a timore inimici eripe animam meā. Or.

Deus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis ⁊ intercessione letificas: ꝯcede ꝓpicius vt q̄ eiꝰ bn̄ficia poscimus: dono tue grē ꝯsequamur. ꝑ. Epl'a. Beatꝰ vir q̄ i sapiētia. i cōi. fo. iij. Gr. Beatus vir q̄ timet dn̄m i mādatis eiꝰ volet nimis. v. Potēs in terra erit semē eiꝰ ge-
p.120 neratio rectorꝫ bn̄dicetur. All'a. v. Posuisti domīe sup caput eiꝰ: coronā de lapide precioso. Euāgel'. Si quis vult post me. i cōi. f. iiij. In tpe pa. Ego sum vitꝫ vera. i cōi fol'. i. offertoriū.
p.20 In virtute tua domine letabitur iustꝰ et super salutare tuum exultabit vehementer desideriū anime eius tribuisti ei.

In tpe paschali. All'a all'a. Secreta

Munera dn̄e oblata sanctifica et intercedente btō nichomede martyre tuo: nos ꝑ hec a peccatorū nr̄orū maculis emunda. ꝑ dn̄m. Cōio. Posuisti domīe in capite eiꝰ coronam de lapide precioso. postcōmu.

Supplices te rogamꝰ oīps deꝰ vt quos tuis reficis sacramētis: itercedēte btō nichomede martyre tuo tibi etiā placitꝫ moribꝰ dignāter deseruire ꝯcedas. ꝑ. Sctorꝫ marcellini et petri martyrū. Offi.

Clamaverūt iusti et dn̄s exaudivit eos ⁊ ex omnibus tribulationibꝰ eorū liberavit eos. In tēpo. pa. all'a. ps. Benedicam dominum in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. Or.

Deus qui nos annua beatorū martyrum tuorū marcellini ⁊ petri solennitate letificas: presta quesumus / vt quorum gaudemus meritis provocemur exēplis. ꝑ dn̄z

¶ Lectō libri apo. bti iohānis apl'i.

In diebus illis: Respondens 7 ca D
vnus de senioribus: dixit michi. Hi qui amicti sunt stolis albis: qui sunt ⁊ vnde venerunt? Et dixit illi. Domīe mi: tu scis. Et dixit michi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna / ⁊ laverūt stolas suas: ⁊ dealbaverunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronū dei et serviūt ei die ac nocte in tēplo eius et qui sedet super thronuz / habitat super illos. Non esuriēt neqꝫ sitiēt ampliꝰ / neqꝫ cadet super illos sol / neqꝫ vllus estus. Quoniā agnꝰ qui in medio throni est reget illos ⁊ deducet illos: ad vite fontes aquarū. Et absterget deus omnē lachrimā: ab oculis eorum. Grad. Iustorum anime in manu dei sunt: ⁊ non tāget il-

los tormentum malicie. ỽsus. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. Alleluya. ỽsus. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. Euãgel. Cum audieritis. i cõi. folio. vii. In tẽpore paschali. Ego sũ vitis: vos palmites. in cõi. fo. i. Offertorium Letamini in domino et exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Uotiua dñe dona deferẽtes in tuorũ martyrũ marcellini ⁊ petri passione tuã magnificẽtiã veneramur: et ꝑ ea nobis imploram⁹ tue pietatis auxiliũ. p. Cõio. Iustorũ aĩe in manu dei sunt et nõ tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. In tpe pas. allã allã. Postcõio.

Protegat dñe q̃s populũ tuũ et participatio celestis indulta conuiuii ⁊ deprecatio collata sãctorum. per. ¶ Sctõrũ bonifacii sociorũq; eius martyrum. Officium.

ꝑ149 Sancti tui domine benedicẽt
te gloriã regni tui dicẽt al
ibid. leluya. Ps. Exaltabo te deus
meus rex: ⁊ benedicam nomini tuo i seculum et in seculum seculi. Oratio.

Omñps sempiterne de⁹ qui btõ bonifacio sociisq; eius palmã martyrii cõtulisti: presta nobis q̃s eorũ meritis idulgẽtiã: qui eis largiri dignat⁹ es coronã. per d. Epla Spectaculũ. in cõi. fo. vi. Gradal. Clamauerũt iusti ⁊ domin⁹ exaudiuit eos ex omnibus tribulationib⁹ eorum liberauit eos. ỽsus. Iuxta est domin⁹ his qui tribulato sunt corde ⁊ humiles spũ saluabit. Allã. ỽ. Sancti tui dñe florebunt sicut lilium ⁊ sicut odor balsami erunt ante te. Euã. Cũ persequẽtur vos. cõi. fo. vii. In tẽpore pascha. Ego sum vitis vos pal. in cõi. fo. i. Offertorium. Confitebũtur celi mirabilia tua domine: ⁊ veritatem tuã in ecclesia sanctorũ alleluya allã. Secre.

Oblationẽ famulorũ tuorũ suscipe oñps de⁹ quã tibi suppliciter deferim⁹ i honore beati bonifacii martyris tui/sociorũq; ei⁹: vt q̃ tibi semetipsos obtulerũt hostiam laudis in odorẽ suauitatis: eorũ ꝓcib⁹ vnici mereamur vnigenito filio tuo dño nr̃o iesu xp̃o. Qui tecũ. Cõio. Gaudete iusti i dño allã. rectos decet collaudatio alleluya. Postcõio.

Tua nos mĩa deus per hec sacramenta que sumpsimus intercedente beato bonifacio martire tuo sociisq; eius: ⁊ ab omni surreptione vetustatis expurget: ⁊ capaces sancte nouitatis efficiat. p dñz. Sctõrũ medar. ⁊ gil. eppõrũ. Offm.

Sacerdotes eius induant sa ꝑ 132
lutari: et sancti eius exul
tatione exultabunt. In tẽpore paschali. Alleluya alleluya al
leluya alleluya. Ps. Memento domi ibid
ne dauid ⁊ oĩs mansuetudinis ei⁹. Orõ.

Deus qui sanctã nobis huius diei solẽnitatem i honore sãctorũ confessorũ tuorũ atq; põtificum medardi ⁊ gildardi cõsecrasti: adesto familie tue ꝓcibus et dona: vt quorũ festa celebramus/eorũ merito ⁊ auxilio subleuemur. p. Epla Plures facti sunt. in cõi. folio. xii. Gradale. Sacerdotes eius induãt salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ỽsus. Illuc ꝓducam cornu dauid paraui lucernã xp̃o meo. Allã. ỽs. Fulgebunt iusti et tanq̃ scintille in arundineto discurrent in eternuz. Euãgelium. Sint lumbi vestri in 21. fo. xii. In tpe pas. Euã. Ego sum vitis vos pal. in cõi. fol. i. Offer. Exultabunt sancti i gl'ia letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. In tẽpore pas. allã allã. Se.

Respice domine q̃s populũ tuũ ad tua sacramenta currẽtez et preſentem feſtiuitatē ſctōꝝ cōfeſſorū tuorū atqꝫ pōtificum medardi et gildardi. vt qḋ in honore nomis tui detulerunt cūctis ꝓficiat ad veniã. per. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructꝰ vr̄ maneat. In tp̄e pa allã. pꝰ cō.

Gratias tibi agimus domine deus noſter qui nos celeſti medela reparare dignatus es: da queſumus pctis nr̄is veniã: ſicut beatꝫ confeſſoribus tuis medardo et gildardo dediſti ſedē pontificatus. p.

In tranſlatione ſancti edmundi archiepiſcopi. Ad miſſam. Offm̄.

eccle vor. B Gaudeamꝰ oēs ĩ dño diē feſtū celebrātes ſub honore edmundi p̄ſulꝫ: de cuiꝰ trāſlatōe gaudēt āgeli ⁊ collaudāt filium dei. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: recos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos btī edmūdi cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificꝫ trāſlationē celebrare cōcedis: te ſuppliciter exoramus vt eiꝰ meritꝫ et p̄cibus a viciis ad virtutes ⁊ a carcere tranſferamur ad regnū. Per dominum noſtrum ieſuꝫ xp̄m. Memor. de martyribꝰ p̄mo ⁊ feliciano. orō.

Hac nos q̄s domine ſacrorum martyrū tuoꝝ p̄mi ⁊ feliciani ſemꝑ facta ſectari: quorū ſuffragiis ꝓtectionis tue dona ſētiamus. Per dom̄. Epla. Ecce ſacerdos magnus qui in vita. in cōi. fo. xx. Grad. Dñe preueniſti eum in bñdictionibus dulcedinis poſuiſti in capite eiꝰ coronã de lapide precioſo. Vſ. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculū ſeculi. Allã. V. Hic edmūdꝰ pauꝑ ⁊ modicꝰ celū diues ingredit: hymnis celeſtibꝰ honorat. Seq. de cōi. Alma. Euā. Hō qdā pe. fo. x. In tp̄e paſc. Euā. Ego ſum vi. ve. i cōi. fo. i. offy

Veritas mea ⁊ mia mea cū ipſo ⁊ ĩ noīe meo exaltabitur cornu eius. In tp̄ore paſchali Alleluya. Secre.

Deus qui panē ⁊ vinū ĩ corpꝰ tuū ⁊ ſanguinē celeſti bñdictiōe cōuertis cōcede nobis ꝑ merita beati edmūdi cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificꝫ: vt ad tuã miam reuertētes: tuo bñplacito conformemus. Per dñm.

Alia ſecreta de martyribus. orō.

Fiat tibi domine q̄s hoſtia ſacrāda placabilis p̄cioſorū celebritate martyrū tuorū p̄mi ⁊ feliciani: q ꝑ eorū merita glioſa ⁊ pctã nr̄a purificet: ⁊ tuorū tibi vota ꝯciliet famulorū. Per dominum nr̄m. Cōio. Beatꝰ ſeruꝰ quē cū venerit dñs ĩuenerit vigilātē amē dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In tp̄ore paſchali. alleluya allã. pꝰcōio

Deus qui beatum edmundū confeſſorem tuum atqꝫ pontificem a ſuppliciis ad gaudia trāſtuliſti: tribue queſumꝰ vt qui trāſlationē eius veneramur in terris: per eius patrociniū ad celeſtia trāſferamur. Per dominum noſtrum.

Alia poſtcōio de martiribus. orō.

Queſumus omnipotēs deus: vt ſanctorū martyrum tuoꝝ primi et feliciani celeſtibus myſteriis celebrata ſolēnitas: indulgentiam nobis tue propiciationis acquirat. Per dominum noſtrum ie.

Sancti barnabe apoſtoli. Offm̄.

Michi autē nimis honorati ſunt amici tui deus nimis cōfortatꝰ eſt p̄ncipatus eorū. p̄ 138 Ꝑ. Dñe ꝓbaſti me et cogouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meam et reſurrectionem meã. Gloria. orō.

Eccleſiã tuã queſumus domine beati barnabe apl̄i tui cōmendet oratio: et pro ea interuentor exiſtat: quã doctrina et paſſione illuſtrat. Per dominum. Epla.

Iam non eſtis. ī cōi. fol. i. Gradal. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Ṽs. Dinumerabo eos et ſuper arenam multiplicabuntur. Allā. Ṽs. In omnem terram exiuit ſonus eorum et in fines orbis terre verba eorū. Sequētia. Alleluya nunc decātent. in cōi. folio. ii. Secundum iohannem

15. c. B In illo tp̄e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt preceptū meum: vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis que ego precipio vobis. Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecūqȝ audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos: et poſui vos vt eatis et fructū afferatis/ & fructus veſter maneat. C Et quodcūqȝ petieritis patrem in nomīe meo: det vobis. Credo. Offertorium. Michi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta

Placatiōis tibi domine ſacrificium ī hac beatiſſimi barnabe apoſtoli tui ſolēnitate deferimus: cuius nos precibus hec redēptionis noſtre ſuffragia & intelligere q̄s cōcedas et aſſequi. Per dn̄m. Prefatio. Et te domīe. Communio Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael dicit dominus. Poſtcommunio.

Sacramēta celeſtia que ꝓ beati barnabe apl̄i tui paſſione domine tue obtulimꝰ maieſtati ipſius nobis q̄s fiant interceſſiōe ſalutaria in cuius natalicio ſunt percepta. Per. ¶ Sāctorum baſilidis cirini/naboris & nazarij. Officiū.

Intret ī conſpectu ps 78 tuo dn̄e gemitꝰ cōpeditorū: redde vicinis nr̄is ſeptuplū in ſinu eorū: vindica ſanguinē ſctōrū tuorū q̄ effuſus eſt. ps. Deus ibidē venerūt gentes ī hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctū tuū: poſuerūt hieruſalem in pomorū cuſtodiam. Orō

Sanctorū martyrū tuorū baſilidis/cirini/naboris & nazarij q̄s dn̄e natalicia nobis votiua reſplēdeāt: & quod illis cōtulit excellētia ſempiterna/ fructibꝰ noſtre deuotionis accreſcat. per. Epl'a. Iuſtorū aīe ī .21. l. vi. gr. Vindica dn̄e ſāguinē ps 78 ſctōrū tuorū q̄ effuſus ē. ṽ. Poſuerūt mortalia ſeruorū tuorū eſcas volatilibus celi carnes ſctōrū tuorū beſtiis terre. Allā. ṽ. Iuſti epulētur et exultēt ī cōſpectu dei et delectētur ī leticia. Euāg. Ecce ego mitto. ī cōi. fo. ii. Offr̄. Exultabunt ſcti ī glīa letabūtur ī cubilibꝰ ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secr̄.

Da nobis q̄s dn̄e pure deuotionis effectū & ſctōrū martyrū tuorū baſilidis/cirini/naborꝭ & nazarii īterceſſionibus: etiam noſtra munera propicius intuere. per do. Cōio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum dn̄e: eſcas volatilibus celi/ carnes ſctōrum tuorum beſtiis terre ſecūdum magnitudinem brachii tui poſſide filios mortipunitorum. poſtcommu.

Diuinis ſacramentis refecti q̄s dn̄e deus nr̄ vt ſctōrū martyrum tuorū baſilidis/cirini/naboris & nazarij interceſſionibus gaudiis mereamur intereſſe celeſtibus Per. ¶ Scti baſilii epi et cōfeſ. offiū.

Statuit ei dominꝰ teſtamē eccli tum pacis & principē fecit 45 c. eum vt ſit illi ſacerdotij D dignitas in eternū. ps. Miſericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Deꝰ q̄ btm̄ baſiliū confeſſorē tuū doctorē p̄cipuū catholiceq; fidei p̄dicatorē eligere dignatꝰ es p̄ſta q̄s vt ipō p nobꝫ itcedēte pctōꝝ nrōꝝ mereamur exui malis et tibi dn̄o ſinceris mētibus deſeruire. p. Epl'a. Ecce ſacerdos. in cōi fol. ix. Gr. Domie p̄ueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. V. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alleluya. V. Juſtus germinabit ſicut lilium: et florebit in etnū āte dn̄z. Euāg. Homo q̄dā pegre.. i cōi fo. x. Offm. Veritas mea et mīa mea cum ipſo ⁊ in noīe meo exaltabit cornu eius. Secr.

Sancti baſilij cōfeſſoris tui atq; pōtificis ſupplicatiōe munus oblatum domine queſumus ſiat nobis in perpetuum ſalutare. p dominum noſtrum. Communio. Btūs ſeruus quem cum venerit dn̄s iuenerit vigilantem amē dico vobis ſuper oīa bona ſua cōſtituet eū. Poſtcō.

Sumptum dn̄e celeſtis remedij ſacramentū ad perpetuā nobis peruenire gratiā beati baſilij confeſſoris tui atq; pōtificis obtineat interceſſio glorioſa. Per do

¶ Sanctorū viti modeſti atq; creſcentie martyrum. Officium.

ꝑ 67 Iuſti epulentur et exultent in conſpectu dei et delectētur in leticis. ibid. P̄s. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eū a facie eius. Or.

Concede q̄s oīps deꝰ vt ſctōꝝ martyꝝ tuoꝝ viti modeſti atq; creſcētie quoꝝ celebramꝰ victorias pticipemꝰ et p̄mijs. p. Epl'a. Juſti āt i xi. fol. vi Gr. Clamauerūt iuſti et dominus exaudiuit eos ⁊ ex oībꝰ tribulatiōibꝰ eoꝝ liberauit eos. Vꝰ. Juxta ē dominus his q̄ tribulato ſunt corde et humiles ſpiritu ſaluabit. Allā verſus. Mirabilis dominus noſter in ſanctis ſuis. ¶ Secundum Lucam.

In illo t̄pe: Dicebat ieſꝰ turbis iudeoꝝ: ⁊ p̄ncipibꝰ phariſeoꝝ. Ve vobis q̄ edificatis monumenta pphetarū p̄res aūt vr̄i occiderunt illos. Profecto teſtificamini q conſētitꝫ opibꝰ patrū vr̄oꝝ. Quō q̄de ipſi eos occiderūt: vos aūt edificatis eoꝝ ſepulchra. Propterea ⁊ ſapiētia dei dixit. Mittam ad eos pphetas ⁊ apoſtolos/ ⁊ ex illis occidēt et pſequētur: vt inq̄rat̄ ſaguis oīm pphetarū q̄ effuſus eſt a cōſtitutione mūdi a generatione iſta a ſanguine abel iuſti vſq; ad ſanguinem zacharie/ qui periit inter altare ⁊ edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac gn̄atione. Ve vobis legiſperitis: q̄ abſtuliſtis clauē ſcientie et ipſi nō itroiſtis/ ⁊ eos q̄ itroibāt phibuiſtis. Cuꝫ hec ad illos diceret: ceperūt phariſei ⁊ legiſperiti grauiter inſiſtere ⁊ os eius opprimere de multis inſidiātes ei. Et q̄rētes capere aliquid ex ore eius: vt accuſarent eū. Offm. Gloriabuntur i te omnes qui diligūt nomen tuum qm̄ tu domie benedices iuſto domie vt ſcuto bone volūtatis tue coronaſti nos. Se xi.c. B

Propiciꝰ eſto dn̄e ſupplicationibꝰ nr̄is ⁊ ppl'i tui oblatiōibus p̄cibusq; ſuſceptis iterceſſiōe ſāctoꝝ martyrū tuorū viti modeſti atq; creſcētie nr̄a ad te corda cōuerte: vt a terrenis cupiditatibꝰ liberi/ ad celeſtia deſideria tranſeamꝰ. p. Cō. Anima nr̄a ſicut paſſer erepta ē ꝑ 123 de laqueo venantium laqueus contritus ē et nos liberati ſumꝰ. Poſtcō.

LEtabitur iuſt⁹ i dn̄o ⁊ ſpabit i eo et laudabūtur oēs recti corde. ps.63 ps. Exaudi de⁹ orōnē meā cū depcor: a timore inimici eripe alam meā. Oro.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotēs deus: ⁊ quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: intercedēte btō arnulpho martyre tuo atq pontifice/ cōſuete mīe tribue benign⁹ effectū. per. Epl̄a. Beatus vir qui in ſapiētia. i cōi. fo. iij. Gr. Juſtus non cōturbabitur qꝛ dn̄s firmat manū ei⁹ V. Tota die miſeretur et cōmodat: et ſemen ei⁹ in benedictione erit. Alleluya. verſus. Beatus vir qui timet dominum: i mādatis eius cupit nimis. Euangeliū. Si quis vult poſt me. in cōi. fo. iiij. Offr. In virtute tua dn̄e letabit iuſt⁹ ps.20 et ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei. Secr.

SAncti martiris tui atq pontificis arnulphi nobis domine pia nō deſit oro q ⁊ munera nr̄a tibi conciliet et tuā nobis īdulgētiā ſemper obtineat. per dn̄z. Cōio. Poſuiſti domine in capite eius coronā de lapide precioſo. Poſtcommunio.

VT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutē: btūs martir tuus arnulphus pontifex q̄ſumus precator accedat. per do. ¶ Sācte margarete virginis et mar. Offiū.

ME expectauerūt peccatores vt perderēt me: ps.118 teſtimonia tua domine itellexi: omnis cōſummatiōis vidi finē latum mandatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via: ibid qui ambulant i lege domini. Oratio.

Deus q̄ beatā virginē margaretā hodierna die ad celos ꝑ martyrij palmā venire feciſti: cōcede nobis q̄s: vt eius exēpla ſequentes ad te ꝑtingere mereamur. Per. Epl'a. Dn̄e deꝰ meꝰ. in cōi. fol. xii. Gr. Specie tua ⁊ pulchritudie tua intende ꝓſpere procede ⁊ regna. ℣. Propter veritatē ⁊ māſuetudinē et iuſticiā ⁊ deducet te mirabilitē dextera tua. Alleluya. ℣. Ueni electa mea et ponam i te thronū meū q̄ȝ cōcupiuit rex ſpeciē tuā. Seq̄. Exultemus i hac die i cōi fo. xiij. Offer. Offerētur regi ꝟgines poſt eā proxime eiꝰ offerētur tibi i leticia et exultatiōe adducētur i tēplū regi dn̄o.

Hec victima q̄s domi(Secr.)ne beate virginis margarete martyrio oblata: ⁊ mētiū nobis conferat ſāctitatem ⁊ corporū obtineat iugiter caſtitatem. Per do. Communio. Feci iudicium et iuſticiam domine non calūniētur michi ſuperbi ad oīa mādata tua dirigebar omnem viā iniquitatis odio habui. Poſtcō.

Percipiat queſumꝰ dn̄e plebs tua btē margarete virginis tue ⁊ martyris natalicia celebrando leticiam: et quā celeſtis mēſe refeciſti conuiuio: eternitatis tue facias aſcribi cōſortio. per dominū.

¶ Sācte praxedis virginis. Offiū

ꝑ.118 Loquebar de teſtionijs tuis in conſpectu regū ⁊ nō cōfūdebar ⁊ meditabar i mādatꝭ tuis q̄ dilexi nimis. pſalmꝰ Beati immaculati i
ibid via q̄ ambulant in lege domini. Orō.

Adſit plebi tue oīps deꝰ beate praxedis ꝟgis tue ſupplicatio vt q̄cūqꝫ eiꝰ gaudēt honore tuo ſēp ꝓtegātur auxilio. ꝑ. Epl'a. Sapiētia vicit i cōi fo. xiiij. Gr. Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatē. ℣. Propter ea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. verſus. Emulor enim vos dei emulatione deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere xp̄o. Euāg. Simile eſt regnū ce. de. i ꝯi fo. xiiij. Offer. Offerentur regi virgīes poſt eā proxime eius offerentur tibi. Secr.

Suſcipe q̄s dn̄e ob honorē ſacre virginis tue praxedis munꝰ oblatū ⁊ qd̄ nr̄is aſſeq̄ meritꝭ nō valemꝰ: eiuſdē ſuffragātibꝰ meritꝭ nobis largire propicius. per. Cōio. Simile ē regnum celorum homini negociatori querenti bonas magaritas i uēta vna preciosa margarita: dedit oīa bona ſua et comparauit eam. Poſtcō.

Sancta tua nos q̄s ſācte praxedis virginis tue meritis ſuffragātibus: ⁊ a pctīs oībus exuāt: et ad celeſtia regna ꝑducant. per.

¶ Sācte marie magdalene. Offiū

Gaudeamus omnes i domi eccle vor.
no diem feſtum celebrantes ſub honore marie magdalene de cuius ſolennitate gaudent angeli et collaudant filiū dei. Pſalmus. Eructauit cor meum ver- p̄44
bū bonū dico ego oꝑa mea regi. Orō.

Largire nobꝭ clemētiſſime pr̄ q̄ ſicut beata maria magdalena vnigenitum tuū ſuꝑ oīa diligēdo ſuorum obtinuit veniā peccaminum: ita nobis apud miam tuā ſēpiternā ipetret beatitudinē. per eūdem dominum noſtrū ieſū xp̄m.

¶ Cōmēo. de ſctō vvādregeſillo. Or.

Deus cuiꝰ grā btī vvādregiſilli ꝯfeſſoris tui atqꝫ abbatꝭ vita extitit laudabilis ipſius interuētu qd̄ tibi placitū eſt pietas tua operet in nobis. ꝑ. Epl'a Mulierē fortē q̄s inueniet. i cōi fo. xiiij. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuā quia concupiuit ſpeciem tuam. Verſus. Specie tua et pulchritudine tua intende proſpere procede et regna. Allā. ℣.

Optimam partē elegit ſibi maria que non auferetur ab ea in eternum. Seq̄

MAne pria ſabbati ſurgens dei filius noſtra ſpes ⁊ glīa. Victo rege ſceleris redijt ab īferis cuꝫ ſumma victoria. Cuiꝰ reſurrectio omni plena gaudio conſolatur oīa Reſurgentis itaqꝫ maria magdalene facta eſt p̄nūcia. Ferēs xp̄i fratribus eiꝰ morte triſtibus expectata gaudia. O beati oculi: quibꝰ regem ſeculi morte iā depoſita prima eſt intuita. Hec eſt illa femina cuiꝰ cuncta crimina ad xp̄i veſtigia eiꝰ lauit gratia. Que dū plorat ⁊ mēs orat facto clamat qđ cor amat ieſū ſuper oīa. Nō ignorat quē adorat quid precetur ſꝫ deleť qđ mēs timet cōſcia. O maria mať pia ſtella maris appellaris operꝫ ꝑ merita. Matri chriſti coequata dū fuiſti ſic vocata ſub honore ſubdita. Illa mundi imperatrix: iſta btā peccatrix leticie primordia fuderunť in ecclia. Illa enī fuit porta ꝑ quā fuit lux exorta hec reſurgētis p̄nūcia mundū replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena: apud xp̄m chorꝫ iſtū clemēter cōſilia. Ut fōs ſūme pietatis q̄ te lauit a pctīs ſeruos ſuos atqꝫ tuos mundet data venia. Amen dicant oīa. S. lucā.

7.c. IN illo tp̄e. Rogabat ieſum q̄dā phariſeus vt manducaret cum illo: Et ingreſſus domū phariſei: diſcubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix/ vt cognouit ꝙ ieſus accubuit in domo phariſei attulit alabaſtrū vnguēti. Et ſtās retro secꝰ pedes dn̄i: lachrymis cepit rigare pedes eius ⁊ capillis capitis ſui tergebat/ et oſculabatur pedes eiꝰ et vnguēto vngebat. Uidens aūt phariſeus qui vocauerat eum: ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta: ſciret vtiqꝫ que ⁊ qualis eſt mulier que tangit eū/ qꝛ peccatrix eſt. Et reſpōdēs ieſus: dixit ad illum. Symon/ habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Et reſpōdit ei ieſꝰ Duo debitores erāt cuidā feneratori/ vnus debebat denarios q̄ngētos: ⁊ aliꝰ quiquaginta. Nō habētibus illis vnde redderēt: donauit vtriſqꝫ. Quis ergo euꝫ plus diligit? Rn̄dēs autē ſymon: dixit. Eſtimo: qꝛ is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem dixit ſymoni. Uides hāc mulierē? Intraui in domū tuā: aquam pedibꝰ meis non dediſti. Hec aūt lachrymis rigauit pedes meos: et capillis ſuis terſit. Oſculū michi non dediſti: hec autē ex quo intraui nō ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum nō vnxiſti: hec aūt vnguento vnxit pedes meos. Propť qđ dico tibi: remittūtur ei pctā multa qm̄ dilexit multū. Cui aūt minus dimittiť: minus diligit. Dixit aūt ad illam dn̄s. Remittunť tibi pctā tua. Et ceperunt q̄ ſimul diſcumbebant: dicere intra ſe. Quis eſt hic q̄ etiā pctā dimittit? Dixit aūt ad mulierē. Fides tua te ſaluam fecit vade in pace. Credo.

Offertoriū. Filie regum ī honore tuo p̄44 aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Secr

BEnedictionē tuā domine his tibi oblatis tribue ſacrificijs et p̄ceſſa: vt btā maria magdalene hoc nobis apđ te obtineat quod ab vnigenito tuo obtinuit dum ei myſtica obſequia exhibuit. Per eund.

¶ Alia de ſancto vuandregiſilo.

HIis interceſſionibus btī vuādregiſilli confeſſoris tui atqꝫ abbatis q̄s omp̄s deus tue familie cōmēdeť oblatio cuius vitalibꝰ decorať exēplis. ꝑ. p̄latio quoti. Cōio Diffuſa eſt gr̄a ī labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. Poſtcōio.

PRebeat nobis dñe ſalutareꝫ btē marie magdalene imitatio ſctā doctrinā: quatenꝰ illiꝰ optime partis mereamur eſſe conſortes q̄ non auferetur ab ea. Per dñz

Alia poſtcōio de ſctō vvādregiſillo

TUa domine ſacramēta ſumētes ſuppliciter exoramus vt beati vvādregiſilli cōfeſſoris tui atq3 abbatis cuius veneramur memoriam preſidium ſentiamus. per dñm.

¶ Sancti appollinaris mar. officiū.

p̄ 131 SAcerdotes tui domine induant iuſticiam et ſancti tui exultent propter dauid ſeruum tuum non auertas faciem

ibid chriſti tui. pſalmus. Memēto dñe dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eiꝰ. Oratio

UOtiuos nos dñe beati appollinaris martyris tui atq3 pontificis natalis ſꝑ excipiat q̄ et iocunditatē nobis ſue glorificatiōis infundat ⁊ tibi nos reddat acceptos. per

Epla. Teſtificor. in cōi. fo. iij. grad

p̄.88 Inueni dauid ſeruum meum et in oleo ſancto vnxi eum: manus enī mea auxiliabitur ei ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. ℣ Nichil proficiet inimicus i eo: ⁊ filius iniquitatis nō nocebit eum. Allā. verſus Elegit te dñs ſibi i ſacerdotem magnū i ꝑplō ſuo. Euāg. Fctā ē ɔtē. i ɔi. f. iij.

p̄s.88 Offer. Ueritas mea ⁊ mia mea cum ipſo ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eiꝰ. Sec.

HOſtiā nr̄az q̄s dñe ſcti appollinaris martyris tui ⁊ veneranda ɔfeſſio ⁊ exaudibilis ɔmēdet orō

p̄.88 p. cōio. Semel iuraui in ſancto meo ſemen eius in eternū manebit ⁊ ſedes eiꝰ ſicut ſol i cōſpectu meo ⁊ ſicut lana perfecta i eternū: ⁊ teſtis i celo fidelis. pꝰc.

SUmentes dñe pignus redemptionis eterne q̄s: vt intercedētē beato appollinare martyre tuo vite pſentꝫ auxilio nos foueat ⁊ eterne. Per. ¶ In vigilia ſancti iacobi apo. ad miſ. omnia fiāt ſicut in vigil. vniꝰ apli ɔtinetur. Et fiat memo. de ſctā chriſtina virgine. Orō.

INdulgētiam nobis domine beata chriſtina virgo ⁊ martyr imploret que tibi grata ſemper extitit et merito caſtitatis ⁊ tue profeſſione virtutis. Secreta.

QUeſumus omnipotens deus vt qui ānua btē xp̄ine virginis tue et martyrꝫ ſolēnia pſentibus honoramus ſacrificiis: eiꝰ ſemꝑ ⁊ fidei integritate roboremur: et piis apd̄ te precibus adiuuemur. Poſtcōmūio.

SUpplices te rogamus omīps deus: vt quos donis celeſtibꝰ ſatiaſti: intercedēte beata chriſtina virgine tua et martyre ꝑpetua protectione cuſtodias. Per. Si hec vigilia in do. euenerit. nichil fiat de vigilia niſi tantum memoria. ¶ In die ſancti iacobi apoſtoli. Officiū

p̄ 138 MIchi autē nimis honorati ſunt amici tui deus nimis cōfortatꝰ eſt principatus eorū. ℣ Dñe ꝓbaſti me ibid et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſioneꝫ meam et reſurrectionem meā. Oratio

ESto domine plebi tue ſanctificator et cuſtos: vt apoſtoli tui iacobi munita preſidiis: ⁊ ɔuerſatione tibi placeat: ⁊ ſecura deſeruiat. Per dñm. Memoria de martyribus chriſtoforo et cucufato. Oratio

DEus mūdi creator et rector: qui hunc diē beatoꝝ xp̄ofori et cucufati martyrum tuoꝝ paſſione conſecraſti: cōcede vt oēs q̄ martyrii eorum merita veneramur: eorum interceſſiōibus ab eternis gehenne incendiis liberemur. p dñm.

Epla. Iā nō eſtis. in cōi. fol. i. Gr.

In omnem terram exiuit ſonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. verſus Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamē.

tū. Allā. ℣ Nimis honorati ſunt amici tui deus nimis confortatus eſt principatus eoꝝ. Seq̄. Allā. nūc decantet in cōi. fo. v. Secundum matheum.

20 L. IN illo tē: Acceſſit ad ieſum mat filioꝝ zebedei cū filijs ſuis adorans/et petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexterā tuā ⁊ vnus ad ſiniſtrā i regno tuo. Reſpondēs aūt ieſ⁹ dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicē: quē ego bibiturus ſuꝫ? Dicunt ei. Poſſumus Ait illis. Calicem quidē meū bibetis ſedere aūt ad dexterā meaꝫ vel ad ſiniſtrā non eſt meum dare vobis. Sed quibus paratum eſt: a patre meo. Credo.

ḃ 138 Offertoriū. Michi autē nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus ē principatus eorum. Secreta.

OBlationes populi tui q̄s dn̄e btī iacobi apl̄i tui paſſio btā cōciliet: vt q̄ nr̄is nō apta ſunt meritis/fiāt tibi placita eius deprecatione. P. Alia ſecr. de martyribus.

ACcipe dn̄e munera dignāter oblata: et btōꝝ martyꝝ tuorū xp̄ofori et cucufati ſuffragātib⁹ meritis ad noſtre ſalutis auxilium prouenire cōcede. Per dominum. Preſa. Et te domine. Communio. Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus iſrael dicit dominus. Poſtcōio.

BEati iacobi apl̄i tui cui⁹ hodie feſtiuitate corpore et ſanguine tuo nos refeciſti: q̄s dn̄e interceſſione nos adiuua: p cui⁹ ſolēnitate pcepim⁹ tua ſctā letātes ſaluatoꝛ mūdi. Qui. vi. Alia poſtc. de m̄.

SVmpſim⁹ dn̄e ſāctoꝝ xp̄ofori ⁊ cucufati martyꝝ tuoꝝ ſolennitate ſacramēta celeſtia: quoꝝ ſuffragijs q̄s largiaris: vt quod tēporaliter gerimus/eternis gaudijs conſequamur. Per dominum.

Sancte anne m̄ris marie. Offi.

GAudeamus omnes i dn̄o diē feſtū celebrātes ſub honore āne m̄ris marie de cuius ſolennitate gaudēt āgeli et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio. eccle bor. ḃ44

DEus q̄ btām annā dilectiſſime genitricis tue matrē egregiā hodierna die ad celeſtiꝫ vite ſubleuaſti gaudia/fac nos q̄s glioſis ei⁹ meritiꝫ ad etnā ptigere btitudinē: ex cui⁹ puerpio ſalutari p ſalute mūdi hūanā aſſumere dignatus es carnē. Qui te. Ep̄la. Mulierem fortē q̄s. lue in cōi. folio. xiij. Grad. Audi filia ⁊ vide ⁊ iclina aurē tuā q: cōcupiuit rex ſpeciē tuā. ℣. Specie tua et pulchritudie tua itēde pſpere pcede et regna. Allā. ℣. Salue ſctā m̄r anna ex qua pceſſit vgo maria q̄ de celo ſuſcepit prolē ⁊ mūdo genuit ſaluatorē. Seq̄.

TEſtamēto veteri āna fuit genita ⁊ d̄ ſtirpe regia Hec matrona nobilis diu fuit ſterilis i magna triſticia Cui fructū ꝯtulit ⁊ ſic luctū abſtulit diuina clemētia Patriarchis edita āna luce predita in perēni glīa Dep̄camur iclita/vt p tua merita nobꝫ detr gr̄a. Anna parēs labe carēs rubēs roſa ſpecioſa florens inter lilia. Matrem chriſti genuiſti/tua prece nos a nece tuearis noxia Ecce lucis officina egris ſpes et medicina/tua proles eſt regina in celeſti patria. Ipſa cūctis iam preclara p te ſumens hec precata noſtra fiat aduocata i dei preſentia. Euāgelium. Liber generationis ieſu chriſti. Et cetera vt s̄. in feſto ꝯceptionis be. ma. vir. fol. iij. Offertoriū. Filie regū i honore tuo a.

ſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate. Secre.

Sanctifica redēptor mundi ꝓſētis mūera ſacrificij: et vt̄e mr̄is āne ꝑcib⁹ eadē nobis effice ſalutaria de cui⁹ vteri palatio mater tua aula vginee puritatꝫ eſt egreſſa. Q̄ te. Cō. Diffuſa ē grā ī labiis tuis ꝓptēea bn̄dixit te de⁹ ī etnū. Poſtcōio.

Votiua celeſtiꝫ mēſe percipiētes dn̄e ſacramēta beate āne mr̄is marie gl'ioſa ītercēſſiōe nos ꝓtege: de qua vgo puerpera ad lucē humane natiuitatꝫ prodijt q̄ nobis ſplēdorē vite ſine caſtitatis diſpēdio generauit dn̄ꝫ nr̄m. Qui te.

¶ Sctōꝝ ſeptē dormientiū. Offiū.

ps 36. Salus aūt iuſtoꝝ a domino et protector eoꝝ eſt in tp̄e tribulatiōis. ibid ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus q̄ glīoſos reſurrectiōis eterne ꝑcones ſeptē dormiētes magnifice coronaſti ꝑſta q̄s vt eoꝝ ꝑcibus reſurrectionē ſctām q̄ ī eis mirabilit̄ ꝓſtēſa ē ꝯſequamur. P. Epla. Iuſtoꝝ ale. ī cōi fo. vi. Gr.

ps 149 Exultabunt ſancti ī glīa letabuntur ī cubilibus ſuis. V. Cantate dn̄o cāticū nouū: laus eius ī eccleſia ſctōꝝ. Allā. V. Iuſti epulentur et exultent in cōſpectu dei: et delectētur ī leticia. Euang. Cum audieritis. ī cōi fo. vij. Offr. Mirabilis deus ī ſctis ſuis iſrael: ipſe dabit virtutem et fortitudinē plebi ſue benedictus deus alleluya. Secreta.

Deus in quo eſt oīm iuſtoꝝ requies ⁊ pax certa ſctōꝝ nobis pacificas hoſtias tribue tibi digne offerre: vt ꝑfectionē pacis qua cui ſcāti iā fruūtur ī celis nos iugiē hanc meditemur in terris. Per do. Communio. Iuſtorum anime in manu dei ſūt: ⁊ nō tanget illos tormentū malicie viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt ī pace. Poſtcōmunio.

Sanctoꝝ tuoꝝ victorias dn̄e recolentes ſacramenta venerāda ꝑcepimus que preſtēt nobis q̄s eorum meritis indulgētiam: in quorum deuotione tuam magnificentiam collaudamus. Per dn̄m.

¶ Scti ſanſonis epyſcopi. Officiū.

Statuit ei domin⁹ teſtamētū pacis et principē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ī etnū. eccli 45 c. D ps. Miſericordias dn̄i: ī etnū cantabo. Or.

Omnip̄s ſempiterne deus tribue nobis famulis tuis per interceſſionē ſcti ſanſonis ep̄i poſcētib⁹ pctōꝝ veniā querentib⁹ ſalutis viā/pulſantib⁹ apertam regni celeſtis aulam: vt ad eternā maieſtatis tue habitationem te adiuuāte peruenire mereamur. per dominū. Mēo. de ſctō panthaleone mar. Or.

Deus q̄ hūc diē bti panthaleonis ꝯſecraſti martyrio: p̄ſta q̄s vt ipſi⁹ iteruētu hoc ī nr̄is floreat actib⁹/qđ ꝑmijs remunerēt celeſtib⁹. P. Epla. Ecce ſacerdos. in ꝯi. fo. ix. Gr. Ecce ſacerdos magn⁹ q̄ in diebus ſuis placuit deo. eccli 44 c V⁹. Non ē inuent⁹ ſimilis illi qui conſeruaret legē excelſi. Allā. V. Amauit eum dominus et ornauit eum: ſtola glorie induit eū. Euāg. Homo quidā pegre in cōi. fol. x. Offr. Inueni dauid ſeruū meum ps. 88 et oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Deus apoſtoloꝝ: de⁹ martyrum deus confeſſorum deus omniū electoꝝ te ſuppliciter exoramus: vt hanc hoſtiam ſanctā in honore ſancti ſanſonis ep̄i ſctificare et benedicere digneris: et ante conſpectum maieſtatis tue tam ad coꝛpis ſanitatē: q̄ ad aīaꝝ ꝑficiat ſalutē.. Alia ſec. de. ſ. pãthaleone.

BEatus pãthaleõ martyꝛ tuꝰ dñe, q̄ diuerſis ſupplicijs maceratꝰ ha ⁊ viua factꝰ ē hoſtia: hec q̄ tibi offerimꝰ ad ſalutē nr̄aꝫ gratificet ſua interceſſiõe libamina. ꝑ Cõ. Fidelis ſeruus ⁊ ꝓudēs quē ꝯſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tēpoꝛe tritici mēſuram. poſtcõio.

SAtiaſti nos dñe ĩ hac ſolēnitate ſcti ſãſõis ꝯfeſſoꝛꝫ tui atq ꝑõtificꝫ muneribꝰ ſacriſ te qs: vt eccl'ie tue pacē/fidē/ſpē et caritatem multiplicare digneriꝫ: ꝑ quas tibi ĩ eccl'ia tua placere mereamur. ꝑ do

Alia poſtcõio de ſãcto pãthaleone.

REdēptionis noſtre ſacro guſtu ſatiati: q̄s dñe vt interueniente beato panthaleone martyre tuo: per hec ſancta q̄ ſumpſimꝰ/ ad eterna gaudia pꝛeparemur. ꝑ.

¶ Sctoꝛū felicis/ſimplicij/fauſtini et beatricis martyꝛū. Officium.

ꝓ 131 SAcerdotes eius induant ſalutari/ et
ibid ſcti tui exultatiõe exultabūt. ps: Memẽto dñe dauid: ⁊ oīs mãſuetudĩs eiꝰ. oꝛo.

PReſta q̄s omīps deus vt ſicut populus xp̄ianus martyꝝ tuoꝝ felicis/ſimplicij/fauſtini ⁊ beatricis tp̄ali ſolēnitate ꝯgaudet: ita ꝑfruat eťna: ⁊ qđ votis celebꝛat: pio ꝯpꝛehēdat effectu. ꝑ do. Epla. Ligua ſapiētiū. in coi. fo. vi. Gradal'
ꝓ.131 Sacerdotes eiꝰ induãt ſalutare: et ſcti eiꝰ exultatiõe exultabūt. ỽ. Illuc ꝓducã coꝛnu dauid: ꝑaui lucernã xp̄o meo. Allã. ỽ. Vox exultatiõis ⁊ ſalutis: ĩ tabernaculis iuſtoꝝ. Euã. Attēdite a fermēto. in coi. fo. vij. Offer. Exultabūt ſcti ĩ glia: letabūtꝰ ĩ cubilibus ſuis: exultatiões dei ĩ faucibꝰ eoꝝ. Sec.

HOſtias tib' domine ꝑ ſanctoꝛum martyꝛū tuoꝛum felicis/ſimplicij/fauſtini et beatricis honoꝛe deferimus ſuppliciter obſecrantes vt indulgentiam nobis conferant et ſalutem. per xp̄m. Communio. Ego vos elegi de mũdo vt eatiſ ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus veſt' maneat. poſtcõ

BEnedictionis tue dñe plebs tibi deuota fructuꝫ repoꝛtet et gaudium/ vt quod ſanctis martyꝛibus tuis felici/ſimplicio/ fauſtino et beatrici exhibuit tempoꝛali ſeruitio: perenni pꝛeſidio conſequatur. Per dominum noſtruꝫ ieſum xp̄m. ¶ Sanctoꝛum Abdon et Sennes Martyꝛum. Officium.

INtret in cõſpectu tuo domine gemitus compeditoꝛuꝫ: redde vicinis nr̄is ſeptupluꝫ ĩ ſinu eoꝛum vĩdica ſanguinem ſãctoꝛum tuoꝛū q̄ effuſus eſt. ps. Deꝰ venerũt gētes ĩ hereditatē tuã polluerũt tēplū ſctm̄ tuū: poſuerũt hierl'm ĩ pomoꝝ cuſtodiã. Oꝛo.

DEus qui ſanctis martyꝛibus tuis abdon et ſennen ad hãc gloꝛiam veniendi copioſū munus gratie tue cõtuliſti: da famulis tuis veniam delictoꝛum: vt ſanctoꝛū intercedentibus meritis ab omnibus mereamur aduerſitatibus liberari. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat. Epla. Benedictus deus. in coi. folio. iij. Gradal' Glioſus deꝰ in ſctis: mirabilis ĩ maieſtate faciens ꝓdigia. ỽ. Dextēa tua dñe glificata ē ĩ virtute: dextēa manus tua ꝯfregit inimicū. Allã. ỽ. Reddet deꝰ mercedē laboꝝ ſctoꝛū ſuoꝝ: ⁊ deducet eos ĩ via mirabili. Euangelium. Videte ne quis. in cõi. folio. viij. ĩ diuiſiõe Offertoꝛiū. Mirabilis deꝰ ĩ ſctis ſuis: deꝰ iſrl' ipſe dabit virtutē ⁊ foꝛtitudinē plebi ſue: benedictus deus allã. Secreta.

FRequentata myſteria dñe ꝓ ſctõꝝ tuoꝝ abdõ ⁊ ſẽnes veneratiõe deuota mẽte tractamꝰ q̃bus ⁊ ꝓſidiũ nobꝫ creſcat ⁊ gaudiũ.
p. 78 Per. Cõio. Poſuerũt mortalia ſeruoꝝ tuoꝝ dñe eſcas volatilibꝰ celi: carnes ſãctoꝝ tuoꝝ beſtiis terre: ſcḋm magnitudinem brachii tui poſſide filios mortipunitorum. Poſtcommunio.

SUmat dñe plebs fidelis celeſtis dona remedii: ꝑ q̃ intercedẽtibus ſctis martyribꝰ tuis abdõ et ſẽne: a ſuis emũdẽt delictꝫ. p. ¶ Sancti germani epi ⁊ ꝯfeſſoris. officiũ

dañ. 3. ca. F SAcerdotes dei bñdicite dñm: ſcti ⁊ humiles corde laudate deũ. ꝟ. Bñdicite oĩa opa dñi dño laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter/ et quia noſtre voces nõ merentur audiri/ ſancti germani confeſſoris tui atq₃ pontificis interuentio queſumus ſit accepta ꝓ nobis. per. Epyſtola. Juſtuz deduxit. in communi. folio. xx. Gradale. Jurauit dñs et non penitebit euꝫ: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem melchiſedech. Vſ. Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis. Allã. Vſus. Amauit eum dñs et ornauit eum: ſtola glorie induit eum. Euã. Vigilate qꝛ ne.
p. 88 in cxi. folio. x. Offer. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr.

SAcrificiũ tibi dñe pro beati germani confeſſoris tui atq₃ põtificis celebritate offerẽtes: queſumus vt ꝓpiciationẽ quã noſtris operibus non meremur/ pii ſuffragatoris interceſſionibus cõſequamur. per. Cõio. Domine quinq₃ talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq₃ ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis/ qꝛ ſ̄ pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cõſtituã: intra in gaudiũ dñi tui. Poſtcõ.

SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt qui percepimus celeſtis mẽſe ſubſtãtiã: intercedente beato germano confeſſore tuo atq₃ pontifice: ad vitam perueniamus eternam. Per dominum.

¶ Ad vincula petri apli. Officium

NUnc ſcio vere quia miſit dñs angelum ſuum et eripuit me de manu herodis: ⁊ de oĩ expectatiõe iudeoꝝ. ꝟ. Et petrꝰ ad ſe reuerſꝰ dixit. Or. Act. 12. c. B ibid

DEus qui beatũ petrum apoſtolum tuum a vinculis abſolutum illeſum abire feciſti/ noſtrorum queſumus abſolue vĩcula peccatorum: ⁊ omnia mala a nobis ꝓpiciatus exclude. Per dominum.

¶ Memoria de martyribus. Or.

FRaterna nos dñe martyrum tuoꝝ corona letificet: q̃ et fidei nře ꝓbeat icremẽta virtutũ: et multiplici nos ſuffragio cõſolet. p.

¶ Lectio Actuum apoſtolorum.

IN diebꝰ illis. Egreſſus petrꝰ 12. c. C
de carcere venit ad domũ marie mřis iohãnis qui cognominatꝰ eſt marcus: vbi erant multi congregati ⁊ orãtes. Pulſãte autẽ eo ad oſtium ianue: ꝓceſſit puella ad videndum noie rode. Et vt cognouit vocẽ petri pre gaudio non aperuit ianuã: ſed intro currẽs nũciauit ſtare petrum ãte ianuã. At illi dixerũt ad eam Inſanis? Illa aũt affirmabat: ſic ſe habere. Illi aũt dicebãt/ qꝛ angelus eiꝰ eſt. Petrꝰ aũt ꝑſeuerabat: pulſãs. Cum aũt aperuiſſẽt oſtium: viderũt eũ/ ⁊ obſtupuerũt. Innuẽs autẽ eis manu vt tacerẽt narrauit quõ dñs eduxiſſet eum de carcere. Gr. Conſtitues eos princi- p. 44
pes ſuper omnem terrã: memores erunt

nominis tui domine. Verſus. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii propterea populi cõfitebuntur tibi. Alleluya. Verſus. Solue iubente deo terrarum petre cathenas qui facis vt pateant celeſtia regna beatis. Sequentia.

Nunc luce alma ſplẽdeſcit per orbem hec dies ecce glorioſa Almi recolamus petri voce celſa. Gratanter modulos accõmodet in qua. Vincentis amorẽ ob ſupernũ crucis ſacre trophea. Merito gloriamq; perlatã i celeſti gloria. Pio corde fratna iubiletq; turma. Qui a chriſto ligandi ſoluendiq; dona. Accipiens clauiger effectus noſtra reſoluẽs vincula. Sublevãdo etheris ſedibus poteſtate nos tradita. Iũgat cetui ſancto culmine in poli paradiſiq; amenia Vbi adorat ordo te chriſte pſallẽdo armonica voce cantica. Noua ſanctorum reſonantiũ laude angelica mellica Cũ ſupernam maieſtatem tuã poſcentes humiliter almam Cuius digna nos cum illis reſonemus vna rithmica in excelſis carmina. Celeſtiq; in gloria trinũ atq; vnũ iugiter veneremur i arua. Celſa poteſtas angelica. Quãs te laudat i glĩa. Virtutes celi te glorificãt p aſtra. Qui patris ſedes ad dexterã. Noſtra exaudi angeloꝝ. Et famuloꝝ iungẽs voces p̃ camina. Quoꝝ vocibus vt caterua. Glorificet ſemper teꝫ noſtra. Regnantẽ iure cũ ſctis in eter-
16 ca num. Euãg. Venit ieſus in partes
B in cõi. fol. ii. Credo. Offertoriũ. Cõ-
p̃44. ſtitues eos principes ſuper omnem terram memores erunt nominis tui i omni progenie et generatione. Secreta.

Offerimus tibi dñe placabile munus precãtes: vt ſicut beato petro apl̃o tuo in vinculis dediſti conſtantiã: ita nobis tua gr̃a in dilig̃etiã operetur. p. Alia ſe. de mar.

Miſteria dñe pro ſctõꝝ martyrum tuoꝝ ſolẽnitate deuota mẽte oblata: nobis preſidiũ p̃ſtent et gaudium. p. Prefatio. Et te dñe. Cõio. Tu es petrꝰ et ſup hãc petrã edificabo eccleſiam meam. Poſtcõmunio.

Muneris diuini pceptio q̃s dñe btõ petro apl̃o itercedẽte ſẽper a nobis pctõꝝ nr̃oꝝ vicula ſubmoueat: et picula cũcta depellat. p. Alia poſtcommunio de martyribꝰ.

Preſta q̃s omp̃s deus: vt quorum memoriã ſacramẽti participatiõe recolimus: fidem quoq; proficiẽdo ſectemur. p do. ¶ Sancti ſtephani pape & martyris. Officiũ.

Sacerdotes tui domine in- p̃s.131
duant iuſticiam et ſancti tui exultent propter dauid ſeruum tuum non auertas faciem
chriſti tui. Pſalmꝰ. Memẽto dñe da- ibid.
uid: et omnis mãſuetudinis eiꝰ. Oro.

Deus q̃ nos bti ſtephani martyris tui atq; põtificis ãnua ſolennitate letificas: ꝯcede ꝓpiciꝰ: vt cuiꝰ natalicia colimꝰ: de eiuſdẽ etiã ꝓtectione gaudeamꝰ. p. Epl̃a. Oĩs põtifex. in cõi. fol. v. Gradale. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum: manꝰ enim mea auxiliabit ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ. V. Nichil proficiet inimicꝰ i eo et filius iniquitatis non nocebit eũ. Allã. Vſus. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotẽ magnũ in pplo ſuo. Euang. Hõ quidã nobilis. in cõi. fo. v. Offertorium. Inueni dauid ſeruũ meum: et in oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabit ei et brachiũ meũ confortabit eũ. Secre.

Hoſtias noſtras q̃s domine tibi reddat acceptas itercesſio ſcti ſtephani martyris tui atq; põtificis: qui eas tibi digne offerendo complacuit. per dñm. Communio. Dñe quinq; talẽta tradidiſti michi ecce alia quinq; ſuplucratus ſuꝫ euge ſer ne. fidelis quia ĩ pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

Sumētes dñe diuina mysteria q̄s vt btī stephani martyris tui atq; pōtificis intercessione eterne nobis prebeāt sempiterne leticie. Per dñm. ¶ In inuētione sancti stephani prothomartyris sociorumq; eius martyrum. Ad missam. Offm.

p̄s. 118 Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur & iniqui persecuti sūt me adiuua me dñe deus meus quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati ĩ via qui ambulant in lege domini. Or.

Deus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis: qui hodierna die beati stephani martyris tui nichodemi/ gamalielis atq; abibō inuentionem gloriosam reuelasti: da nobis quesumus in eterna leticia de eorum societate gaudere. Per dominū. Lectio actuum apostolorum.

6. ca. C In diebus illis: Stephanus plenus gratia & fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerūt autē quidam de synagoga q̄ appellabatur libertinorum/ & cirenēsium/ & alexādrinorum/ & eorum qui erāt a cilicia & asia disputātes cum stephano: & non poterāt resistere sapientie/ & spūi q̄ loq̄bat. Audiētes autē hec: dissecabantur cordibus suis/ & stridebāt dē-

7. ca G tibus in eū. Cū autē esset stephanus plen⁹ spū sctō: intēdēs in celum vidit gloriā dei & iesum stātē a dextris dei/ & ait. Ecce video celos apertos: & filiū hoīs stantē a dextris virtutis dei. Exclamātes autē voce magna continuerunt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescētis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem et dicentē. Domine iesu: suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens. Domine iesu: ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset: obdormiuit in domino. Gradale.

Sederunt principes et aduersum me loquebantur: et iniqui persecuti sunt me. p̄s. 118 V. Adiuua me domine deus meus saluum me fac propter misericordiā tuā. All. V. Video celos apertos & iesum stātem a dextris v̄tutis dei. Act. 7. c. Seq̄. Magn⁹ deus. quere in alio festo infra oct. natiui. domini. fol. xiii. Secundū matheū.

In illo tp̄e: Dixit iesus turbis iudeorum: & principib⁹ sacerdotum: 23. c. D Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas: & ex illis occidetis et crucifigetis/ et ex illis flagellabitis ĩ synagogis vr̄is. Et persequemini de ciuitate in ciuitatē vt veniat sup vos oīs sanguis iust⁹ qui effusus est super terrā a sanguine abel iusti/ vsq; ad sanguinem zacharie filii barachie quē occidistis inter tēplum & altare. Amē dico vobis: venient hec omnia sup generationem istā. Hierusalem hierusalē que occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos: quē admodū cōgregat gallina pullos suos sub alas/ et noluisti? Ecce relinquetur vobis: dom⁹ vr̄a deserta. Dico enim vobis: nō me videbitis amodo/ donec dicatis. Benedict⁹ q̄ venit in noīe dñi. Non dicit. Credo. Offr.

Elegerunt populi stephanū leuitā plenum fide & spiritu sancto quē lapidauerunt iudei orantem et dicentem domine iesu accipe spiritum meum allā. Secr. Act. 6 ca. D

Sacrificiũ tibi dñe fideliũ tuorũ votꝫ oblatũ ſeren⁹ intẽde vt qđ dilecto martyri tuo ſtephano/nichodemo: gamalieli atqꝫ abibon hodiernã inuẽtiõis eorꝫ ꝯtulit gliam: nobis ad redẽptionẽ ꝓſit et Act. 7.c. G gratiã. ꝑ. do. Cõio. Video celos apertos: et ieſum ſtantez a dextris virtutis dei: domine ieſu accipe ſpiritum meuz et ne ſtatuas illis hoc peccatum / quia neſciunt quid faciunt. Poſtcõmunio

Epularũ tuarꝫ alimẽto ſaginati te hullit rogam⁹ dñe deus noſter: vt btĩ martyrꝫ tui ſtephani nichodemi / Gamalielis atqꝫ abibon meritꝫ nos vbiqꝫ adiuues quorũ hodie reuelatiõis ſolẽnitatẽ celebramus. ꝑ dominum. C Sancti oſwaldi regis ⁊ martyris. Officiũ

ps 88 Gloria ⁊ honore coronaſti eũ: ⁊ cõſtituiſti eũ ſup opa manuum ibid tuarũ. ps. Dñe dñs nr̃ ꝙ admirabile ẽ nomẽ tuũ ĩ vniuerſa terra. Oratio

Omñs ſempiterne deus ꝗ huius diei iocũdã ſctãmqꝫ leticiã in ſcti tui oſwaldi paſſiõe ꝯſecraſti / da cordibus noſtris tui amoris caritatiſqꝫ augmẽtũ: vt cuius ĩ terris ſcti ſanguis effuſionẽ celebramus illi⁹ ĩ celo collocata patrocinia ſẽtiamus. per dominum. Epl'a. Beatus vir qui inuentus. In cõmuni. folio. iij. Gradale. Poſuiſti dñe ſup caput eius coronaz de lapide precioſo. V. Deſyderium anime eius tribuiſti ei ⁊ voluntate labiorũ eius nõ fraudaſti eum. Alleluya. Verſ⁹. Beatus vir qui ſuffert tentationem quoniam cuz probatus fuerit / accipiet coronam vite. Euangeliuz. Si quis venit ad me. In communi. folio. iiij. Offertoriũ. Ps. 8 Glia ⁊ honore coronaſti eũ et cõſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuarũ dñe. Secre.

Munera dñe que ĩ ſcti oſwaldi regis ⁊ martyris tui commemoratione tue maieſtati offerimus ꝓpiciatus aſſume: et illã que in eo flagrauit fortem dilectionez nobis inſpira benignus. per. Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcommunio

Uitali alimonia recreati: ꝗs omñs de⁹ vt btĩ oſwaldi martyris tui precibus tuã nobis iuſticiam placari ſentiamus: cuius glorioſa certamina: ſolẽni deuotiõe veneramur. per dñm. C In transfiguratione domini. Ad miſſã. Officiũ.

In excelſo throno vidi ſedere viruz quem adorat multitudo ãgelorũ pſallẽtes ĩ vnũ ecce cuius ĩperij numẽ eſt ĩ eternũ. ps. Jubilate deo oĩs terra / ſeruite dño in leticia. Oratio.

Deus ꝗ hodierna die vnigenitũ tuũ mirabiliter trãſfiguratũ celitus vtriuſqꝫ teſtamẽti patribus reuelaſti: da nobis ꝗs bñplacitis tibi actibus / ad eius ſemꝑ cõtẽplandã pertingere gloriam in quo tue paternitati optime cõplacuiſſe teſtatus eſt. Per eundẽ xp̄m do.

C Lectio ep'le beati petri apoſtoli.

2.c.1 D Fratres: Notã fecimus vob dñi nr̃i ieſu xp̄i virtutẽ ⁊ pſciẽtiã: ſpeculatores facti illi⁹ magnitudinis. Accipiẽs ei a deo patre honorẽ ⁊ gloriã voce ad eũ delapſa huiuſcemodi a magnifica glia. Hic ẽ filius meus dilectus in quo michi bene cõplacui: ipſũ audite. Et hãc vocẽ nos audiuim⁹ de celo allatã: cũ eſſemus cũ illo ĩ mõte ſancto. Et habem⁹ firmiorem ꝓpheticum ſermonẽ: cui bñfacitis attẽdẽtes quaſi lucerne lucenti in caliginoſo lo-

co. Donec dies elucescat: et lucifer
oriatur: in cordibus vr̄is. Gradu.
Tecum principiū in die virtutis tue: ī
splendoribus sāctorū: ex vtero ante lu
ciferū genui te. V. Dixit dn̄s dn̄o meo:
sede a dextris meis: donec ponā inimi-
cos tuos scabellū pedū tuorū. Allā. V.
Dies sctificatus illuxit nobis: venite gē
tes et adorate dn̄m: q2 descēdit lux ma
gna super terram. Sequentia. Lau-
des saluatori. Require in dn̄ica octa
ue pasche. Secundum Matheum.
17.c. IN illo tēpe assūpsit ies9 petrū
A ⁊ iacobū ⁊ iohannē fratrem
ei9 ⁊ duxit illos ī mōtē excelsū seor-
sū/ et trāsfiguratus est āte eos. Et
resplenduit facies ei9 sicut sol/ ve-
stimenta autem eius facta sunt al
ba sicut nix. Et ecce apparuerūt il
lis moyses ⁊ helias: cum eo loquē-
tes. Respondens autem petrus: di
xit ad iesum. Dn̄e. Bonum est nos
hic esse. Si vis faciamus hic tria ta
bernacula: tibi vnum/ moysi vnū
⁊ helye vnum. Adhuc eo loquente:
ecce nubes lucida/ obūbrauit eos.
Et ecce vox de nube: dicēs. Hic est
filius meus dilectus: in quo michi
bene complacuit: ipsū audite. Et
B audientes discipuli ceciderūt in fa
ciem suam: et timuerunt valde. Et
accessit iesus et tetigit eos: dixitq3
eis. Surgite: nolite timere. Leuā-
tes autem oculos suos: neminē vi
derunt nisi solum iesum. Et descen
dentibus illis de mōte/ p̄cepit eis
iesus: dicens. Nemini dixeritis vi
sionem: donec fili9 hominis a mor
tuis resurgat. Credo. Offertoriū.
Deus enim firmauit orbem terre: qui
non commouebitur: parata sedes tua
deus: extunc a seculo tu es. Secreta.
SUscipe q̄s dn̄e sācte p̄r omnipo-
tens de9 munera q̄ p gloriosa fi-
lij tui trāsfiguratiōe deferim9: ⁊ cō
cede p̄picius vt p hec a talib9 libere-
mur īcōmodis: ⁊ gaudijs eī connecta-
mur etnis. p. e. orat. de nati. Cōio.
In splēdoribus sctōrū: ex vtero ante
luciferum genui te. Post communio.
DEus q̄ hodiernā diē scīficas-
ti vbi tui trāsfiguratiōe tue
q3 ad eū missa p̄nitat3 voce ɔsecra
sti: tribue q̄s: vt diuīs pasti alimo-
nijs/ ī eius mereamur mēbra trās-
ferri q̄ hec ī sui mēoriā fieri p̄cepit:
Jesus xp̄s filius tuus dn̄s n̄r. Qui
tecū. ⁋ Sanctorum sixti/ felicissi-
mi et agapiti martyrum. Officiū.
SAlus autē iustoꝝ a Ps.36.
dn̄o: ⁊ protector eoꝝ
est in tēpore tribu-
lationis. Ps. Noli e- ibid.
mulari ī malignanti
bus: neq3 zelaueris fa
ciētes iniquitatē.
DEus q̄ nos concedis sancto-
rū martyrū tuorum sixti/ fe-
licissimi et agapiti natalicia reco-
lere: da nobis in eterna beatitudīe
de eorum societate gaudere. Per d.
Ep̄la. Bn̄dict9 de9. ī xl. fo. iij. Gr.
Iustorū aīe in manu dei sūt: ⁊ non tan Sap.
get illos tormētū malicie. V. Uisi sunt 3.ca.
oculis īsipiētiū mori: illi aūt sūt ī pace. A
Allā. V. Reddet deus mercedē laboꝝ sā
ctoꝝ suoꝝ: ⁊ deducet eos ī via mirabili.
Euāgeliū. Cū audieritis ī xl. cōi. fol.
vi. Offer. Gl̄abunt̄ ī te oēs q̄ diligūt
nomē tuū q̄m tu bn̄dices iusto: dn̄e vt
scuto bone volūtatis tue coronasti nos.
MUnera domine ⁋ Secreta.
tue maiestati oblata sancto-
rum martyrum tuorum sixti/ feli-
cissimi et agapiti quesumus inter-
uentu nobis ad salutem p̄ficere sē-
tiamus eternam. Per dn̄m nostrū
iesum xp̄m. Cōio. Ego vos elegi de
mundo vt eatis et fructum afferatis ⁊
fructus vester maneat. Postcōio.
BEatoꝝ martyrū tuoꝝ sixti
felicissimi et agapiti dn̄e in-

terceſſione placatus preſta queſumus: vt myſteria ſacra que temporali celebramus actione: perpetua ſaluatione capiam⁹. Per dominū.

¶ In feſto nominis ieſu. Officium.

Ad phil. 2. ca. B In nomīe ieſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ: ⁊ oīs lĩgua ↄfiteat̃ quia dn̄s nr̄ ieſ⁹ xp̄s in glīa eſt dei p̄ris. In tp̄e paſch. allā.

ps. 134 ℣. Laudate dominū quia bonus dn̄s pſallite nomini eius qm̄ ſuaue. Oratio.

Deus qui glorioſū nomē dn̄i noſtri ieſu xp̄i vnigeniti filij tui feciſti fidelibus tuis ſummo ſuauitatꝫ effectu amabile: et malignis ſpiritibus tremēdum atq; terribile: cōcede propicius: vt omnes qui hoc nomē ieſus deuote venerantur in terris: ſctē ↄſolationis dulcedinē in p̄nti p̄cipiāt et in futuro gaudium exultationis ⁊ interminabilis iubilationis obtineant. P̄ eūdē.

¶ Lectio actuum apoſtoloꝝ. iiii.

4. ca. B In diebus illis. Petrus repletus ſpū ſctō: dixit. Principes populi: et ſeniores audite. Si nos hodie diiudicamur ĩ bn̄facto hominis infirmi: in quo iſte ſaluus fact⁹ eſt. Notū ſit omnib⁹ vobis ⁊ omni plebi iſrl': q2 in noīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i nazareni quē vos crucifixiſtis: quē de⁹ ſuſcitauit a mortuis in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt a vobis edificātibus: qui fact⁹ eſt in caput anguli. Et nō eſt in aliquo alio ſalus. Nec enī aliud nomē eſt ſub celo datum hoīb⁹: ĩ quo oporteat nos ſaluos fieri.

eccla Gradale. Conſtituit deus pater ad dexterā ſuam ieſum xp̄m in celeſtibus ſuper omnem principatum poteſtatē ⁊ virtutē ⁊ dn̄ationē et oē nomē quod nominatur nō ſolū in hoc ſeculo ſed etiam ĩ futuro ⁊ oīa ſubiecit ſub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄ ⁊ propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos et propicius eſto petis nr̄is ꝓpter nomē tuū. allā. ℣. Dulce nomen nr̄i ieſu melos auri: mel ĩ eſu coꝛ vertit in iubilū ⁊ fugat mundi libidū. In tp̄e paſch. allā.

ioh. 20. c. E ℣. Surgens ieſus dominus noſter ſtetit in medio diſcipuloꝝ ſuoꝛum et dixit pax vobis. Sequētia.

Dulcis ieſus nazaren⁹ iudeorū rex amen⁹ pi⁹ pulcher floridus pro ſalute ſue gētꝫ ſubijt mortem cū toꝛmētis: factus pallēs liuidus. Dulce nomē et cognomē: hoc traſcēdēs eſt p̄nomē oībus nominib⁹. Mulcet reos ſanat eos fouet eos munit eos ſeruat ab inſultib⁹. Hui⁹ regis ſub vexillo ſtatu degis in tranq̃llo hoſtes tui fugiunt. Nomen eius meditatū belli fugat apparatum hoſtes victi fugiūt. Hoc eſt nomen recolendū quod ſic ſemper eſt tremendum malignis ſpiritibus. Hoc eſt nomē ſalutare: ⁊ ſolamē ſingulare quod ſuccurrit triſtibus Hoc nos decet honoꝛare archa coꝛdis inſerere cogitare peramare amoꝛe ſed heroico Ignacius hoc docuit illud paſſ⁹ inſonuit coꝛ eius ſciſſum patuit inſcriptuz ieſu celico. Ut quid maioꝛa cupim⁹: q̄ꝫ qd̄ ieſus ſit intimus qui eſt peramantiſſim⁹ et querit nos amare. Amat feruentiſſime amat conſtātiſſime: amat fideliſſime et ſuos vult iuuare. Nomen ſuum fecit tale vt ſit cūctis coꝛdiale capitale pꝛincipale dilectum ex intimis. Hoc habent nature iura vt amantē tota cura redamemus placitura p̄ſtātes et animis. Ieſu nomen omne bonum tenet dulcē facit ſonū pꝛomeretur regni thronū auditū letificat In hoc lucet ſplendoꝛ patris: in hoc patet decoꝛ matris: in hoc fulget honoꝛ fratris: hoc fratres magnificat. Caput ieſu cor meus manꝰ vulnus livor ſanguis planus pedes corpꝰ vigor ſanus parãtur hominibꝰ. Hec torquentur paſſa dura his ieſu ra et natura reparãtur pia cura purgatis criminibus. Ergo ſi quis velit ſcire quare ieſu nomē mire facit bonos concupire ſui inherētiū. ¶ Diuino. Jeſus pulcher in decore ſumme bonꝰ in valore mitis lenis cum dulcore pronus ad clementiam. Jeſus eſt rex generoſus: ieſus forma ſpecioſus: ieſus lingua gratioſus et mirandus opere. Jeſus fortis animoſus: ieſus pugil vigoroſus ieſus donis copioſus et gaudet tribuere. Jeſus pie viſceroſus: ieſus ductor luminoſus: ieſꝰ eſt delicioſus et ſapit dulciſſime. Jeſus forma glorioſus: ieſus cunctis fructuoſus ieſus totus virtuoſus et fouet ſuos optime. Summe potens in vigore: ſumme celſus i honore: ſumme gratus in amore: omnem laudem obtinet. Jn ſciendo ſumme ſapit ambiendo cuncta capit diligendo corda rapit et illata detinet. Eya nomen nobis gratum: dulcis ieſus appellatū ſit in corde ſic firmatum vt non poſſit erui. Hoc reatū pctōrū tollat pſtet iubilorū odas: ſed et beatorū bonit donec pfrui. Amē. ¶ Contra ſeptuageſimā vſq; ad paſ. dr iſte. Tractus.

Dulce nomen ieſu chriſti felix omen ſereno triſti iocundās mentem iubilo. Vſus. Tollit luctum affert fructum: et obductum et ſeductum purgat cor a nubilo. V. Nominatum inuocatū honoratum predicatū ſemp ſonat dulciter. V. Tam peccatum ꝙ reatū cōdennatū expurgatum reddit mulcens leniter. Vſus. Hoſtes ferit / mores ferit mala terit / grauia gerit plenum eſt preſidium verſus. Nos defendit nos aſcendit nos intendit et extendit hoc nos-men in gaudium. Secūdū matheū.

In illo tempore: Angelus dñi 1. ca. C apparuit i ſomnis ioſeph dicens. Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filiū et vocabis nomen eius ieſum. Jpſe enim ſaluum faciet populū ſuum a peccatis eorum. Hoc autē totum factū eſt: vt adimpleretur qđ dictū eſt a dño per prophetā dicentē. Ecce virgo i vtero habebit et pariet filium: et vocabitur nomē eiꝰ emmanuel: quod iterpretatur nobiſcum deus. Credo. Offr. Jn nomine meo mar demonia eiicient linguis loquētur no- 16 c. D uis ſerpentes tollet: et ſi mortiferū quid biberint non eis nocebit ſup egros manus iponent et bene habebūt allā. Sec.

In veneratiōe nominis dilectiſſimi filii tui dñi noſtri ieſu xpī tibi deꝰ pater miarū deuotis mētibus hoſtias imolamus ſuppliciter deprecātes vt earū virtute cūctis egētibꝰ pſtetur auxiliū: et in eodē noīe delectātes ſalutarē ſui ppoſiti conſequātur effectum. Per eūdem. Prefatio. Qui a per incarnati. Cōio. Vincenti dabo manna abſcon- apo. ditum et dabo illi calculū candidum et 2. ca. et i calculo nomē nouū ſcriptum quod B nemo ſcit niſi qui accipit. Poſtcōmunio.

Sacroſancta myſteria queſumus dñe ad honorem noīs complacētiſſimi filii tui dñi noſtri ieſu chriſti deuotis precordiis recolentes / qs: vt incremēta ſpiritualis exultationis nobis accumulent et effectum noſtrum ad hoc ſalutifer nomen nobis iugiter imprimendū accendāt et ad iubilandum in ieſu ſaluatore nr̄o dulciſſimo tota mentis intentione promoueāt. Per eūdem. ¶ Per totas octa. dicatur miſſa predicta quādo de oct. agitur ſed ſine Credo. Seq̃. per oct. Ieſ⁹ pulcher in decoꝛe. ⁊ cetera ¶ Scti donati epiſcopi et marty. Officiuꝫ.

dan. 3. ca. F Sacerdotes dei benedicite dñz ſcti ⁊ humiles coꝛde laudate deum. ps Bñdicite oĩa opa domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula.

Deus q̄ es tuoꝛũ glĩa ſacerdotũ pꝛeſta q̄s vt ſancti donati martyꝛis tui atq̃ pōtificis cui⁹ feſta celebꝛam⁹: ſētiam⁹ auxiliũ. p d. Epla Nemo militãs. i. cõ. fol. iiij. Gradale. Inueni dauid ſeruum meũ oleo ſancto vnxi eum: manus eni mea auxiliabitur ei et bꝛachium meum confoꝛtabit eum. V⁹. Nichil pꝛoficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eum. Allã. V. Diſpoſui teſtamẽtum electis meis iuraui dauid ſeruo meo. Euangelium Vigilate qꝛ neſcitis in communi. fo. x. Offertoꝛium. In virtute tua domine letabitur iuſt⁹ ⁊ ſuper ſalutare tuũ exultabit vehementer deſideriũ aĩe eius tribuiſti ei. Secreta

Exaudi dñe q̄s p̄ces noſtras et vt digna tibi ſit munera que oculis tue maieſtatis offerim⁹: intercedēte bt̄o donato martire tuo atq̃ pontifice: ſubſidiũ nobis dñe pietatis impende. p. Coio. Magna ē gloꝛia eius in ſalutari tuo glĩam et magnum decoꝛē īpones ſup eũ domĩe. Poſtcoio

Deuotioni noſtre dñe q̄s clementer adeſto: vt intercedēte bt̄o donato martyꝛe tuo atq̃ pōtifice: quod ad honoꝛem tui nominis debito frequẽtamus obſequio fiat nobis remediũ ſalutare. p dñz.

¶ Scti ciriaci ſocioꝝq̃ ei⁹. Offim.

ps. 33. Timete dominũ omẽs ſancti eius q̃m nichil deeſt timentibus eum: diuites eguerunt ⁊ eſurierunt: inquirentes aũt dñm non deficient omni bono. ps Benedicam dominũ ī omni tẽpoꝛe ibid ſemper laus eius in oꝛe meo. Oratio

Deus qui nos ãnua bt̄i ciriaci martyꝛis tui ſocioꝛũq̃ ei⁹ ſolennitate letificas: concede ꝓpicius vt quoꝛum natalicia colimus virtutẽ quoq̃ paſſionis imitemur. Per d. Lctõ libꝛi ſapiẽtie eccliaſti.

2. ca. Metuẽtes dominum ſuſtinete mĩas eius: ⁊ non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominũ credite illi: ⁊ nõ euacuabitur merces vr̃a. Qui timetis dñm ſperate in illum: et in oblectatione veniet vobis mĩa. Qui timetis dñm diligite illũ: et illuminabũtur coꝛda vr̃a. C Reſpicite filij nationes hominũ / et ſcitote: qꝛ null⁹ ſperauit ī dño / et cõfuſus eſt. Quis enĩ ꝑmanſit in mãdatis eius: ⁊ derelict⁹ eſt? Aut quis inuocauit illũ: ⁊ deſpexit eũ? Qm̃ pius: et miſericoꝛs eſt: dñs deus noſter. Gradale. ps. 33. Timete dominum omnes ſancti eius quoniaꝫ nichil deeſt timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum non deficiẽt omni bono. Allã. V. Mirabilis dominus noſter in ſanctis ſuis. Secundum marcum

16. c. D In illo tẽpoꝛe: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eũtes in mundũ vniuerſũ: p̄dicate euãgeliũ omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit: condẽnabitur. Signa aũt eos qui crediderint: hec ſequẽtur. In noĩe meo demonia eijcient: liguis loquentur nouis / ſerpẽtes tollent. Et ſi moꝛtiferũ quid biberit: nõ eis nocebit. Super egros man⁹ imponẽt: et bñ habebũt. Offm. Letamini in domino ⁊ exultate iuſti: et gloꝛiamini omẽs recti coꝛde. Secreta

Pro ſctoꝝ tuoꝝ ciriaci ſocioꝝumq̃ ei⁹ martyꝛio venerãdo tibi dñe laudis hoſtias immola-

manus tua mirabilia pertractantes:
per que talis eſt perfecta victoria.
P dñm. Communio. Signa eos qui i
me credent hec ſequentur demonia ei-
cient ſuper egros manus imponent et
bene habebunt. Poſtcommunio.
Sanctorum martyrum tuorum ſirie-
ci ſociorumq; ei9 precib9 confiden
tes qs dñe vt p ea q̄ ſumpſim9/eter
na remedia capiam9. per dominū.
¶ In vig. ſcti laurētij mar. Offm.
ƀ 111 Diſperſit dedit pau-
perib9 iuſticia eius
manet i ſclm ſeculi
cornu ei9 exaltabit
Pſl. in glia. ℣ Beat9 vir
q̄ timet dñz: i mādat
ei9 volet nimis. Oro.
Da qs omps deus: vt triūphū
vti laurētij martyris tui quē
deſpectis ignib9 ꝯſumauit i terris
perpetua celoꝝ luce ꝯſpicuū digno
fidei ſeruore veneremur Per dñm.
¶ Memoria de ſācto romano mr.
Preſta queſumus omnipotēs
deus: vt q̄ beati romani mar
tyris tui natalicia colimus inter-
ceſſiōe eius in tui nominis amore
roboremur. p. Lectio libri ſapiētie
eccli Confitebor tibi dñe rex: ⁊ col
45.c. laudabo te deū ſaluatorē me
A um. Confitebor nomini tuo qm̄ ad
iutor ⁊ protector fact9 es michi: et
liberaſti corpus meū a perditione.
A laqueo lingue inique: et a labiis
operantiū mendaciū. Et in ꝯſpe-
ctu aſtātiū fact9 es michi adiutor:
et liberaſti me ſecūdū multitudinē
mie nois tui. A rugientibus prepa
ratis ad eſcā: de manibus querētiū
aiam meā: ⁊ de multis tribulatiōi-
bus que circūdederūt me. A preſſu-
ra flāme q̄ circundedit me: ⁊ in me-
dio ignis nō ſum eſtuatus. De alti
tudine vētris inferi: ⁊ a lingua co
quinata/ ⁊ a verbo mēdacij. A rege
inique: ⁊ a lingua iniuſta liberaſti
me. Laudabit vſq; ad mortē anima
mea dñz: et vita mea appropiquās
erat in inferno deorſū. Circūdede-
rūt me vndiq;: et non erat qui adiu
uaret. Reſpiciens erā ad adiutoriū
hoim: et nō erat. Memoratus ſū mie B
tue dñe/ et cooꝑationis tue q̄ a ſclo
ſunt: qm̄ eruis ſuſtinētes te/ ⁊ libe-
ras eos de manu anguſtie dñe deus
meus. Gr. Diſperſit dedit pauperib9 ƀ.111
iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. ℣
Potens in terra erit ſemen eius; gene-
ratio rectorum bñdicetur. Si dñ. fue.
ri. All'a. ℣ Leuita laurē9 bonum o-
pus operatus ē qui ꝑ ſignum crucis ce
cos illuminauit: et theſauros eccliſe de-
dit pauperibus. Euāg. Si quis vult
poſt me. in cōi. ſo. iiij. Offertorium
Oratio mea mūda ē et ideo peto vt de- eccle
tur locus voci mee in celo qz ibi ē iudex iob.
meus et conſcius meus in eternū aſcen-
dat ad dñm deprecatio mea. Secreta.
Tanto placabiles tibi dñe que
ſumus noſtre ſint hoſtie ꝓ
ſancti martyris tui laurentij ꝑ cu-
ius ſolennitate exhibētur: tibi gra
ta ſunt merita. Per d. Alia ſecreta.
Muneribus noſtris queſum9
domine precibuſq; ſuſceptis
⁊ celeſtibus nos mūda myſteriis: ⁊
intercedente beato romano marti
re tuo clementer exaudi. Per dñm.
Communio. Qui vult venire poſt me mat
abneget ſemetipſum et tollat crucē ſu- 16.c.
am et ſequatur me. Poſtcommunio. D
Conſerua domine queſumus
munus tuum in nobis vt qđ
te donante pro beati laurentii mar
tyris tui ſolennitate percepimus:
et ſalutem nobis operetur et pacē.
Per dominum. Alia poſtcommunio.
Da qs domine deus noſter: vt
ſicut beati romani martiris
tui temporali gratulamur officio:
ita perpetuo letemur aſpectu. per.

ps.95. ¶ In die sctī laurentij mar. Offm̄.
Confessio & pulchritudo ī ꝯspectu eius sctītas et magnificētia ī sctīficatiōe ei⁹ ps. Cātate dn̄o cāticū nouū cātate dn̄o oīs terra. Oratio.

Da nobis q̄s omps de⁹ vicioꝝ nr̄oꝝ flāmas extinguere qui btō laurētio tribuisti tormentoꝝ suoꝝ icēdia superare. p. Ad corith.

2.C.9 B Fratres: Qui parce seminat parce & metet Et q̄ seminat ī bn̄dictiōib⁹: de bn̄dictiōib⁹ & metet Unusq̄sq; prout destinauit ī corde suo: non ex tristicia aut necessitate Hilarē eni datorē diligit de⁹. Potēs est aūt de⁹ oēm grām abūdare facere ī vobis: vt in oīb⁹ semꝑ oēm sufficiētiā habentes: abundetis in omne opus bonū sicut scriptū est.
C Dispersit dedit pauꝑibus: iusticia eius manet ī sclm̄ seculi. Qui autē administrat semen seminātī: & panem ad manducandum p̄stabit Et multiplicabit semen vestrum: & augebit icremēta frugum: iusticie ve-
ps.16 stre. Gr. Probasti dn̄e cor meū & visitasti nocte. V. Igne me examinasti & nō ē iuēta ī me iniq̄tas. Allā. V. Leuita laurētius bonū op⁹ operatus ē q̄ per signū crucis cecos illuminauit Sequentia

B exaltauit illum ⁊ dedit illi nomē quod
eccl'a eſt ſuper omne nomē. Allã. V. Dulce li-
gnum dulces clauos dulcia ferens põdera que ſola fuiſti digna ſuſtinere regem celorum et dominũ. Sequentia.

Laudes crucis attollam⁹ nos qui crucis exaltam⁹ ſpeciali gl̃ia. Dulce melos pulſet celos dulce lignum dulci dignum credimus melodia. Voce vita non diſcordet cū vox vitā nō remordet dulcis eſt ſymphonia. Serui cruc; crucē laudēt qui ꝑ crucē ſibi gaudēt vite dari munera. Dicāt oēs et dicant ſinguli aue ſalus totius populi arbor ſalutifera. O q̄ felix q̄ preclara fuit hec ſalutis ara rubēs agni ſanguine. Agni ſine macula q̄ mandauit ſecula ab antiquo crimine. Hec eſt ſcala pctōꝝ ꝑ quā xp̄s rex celorū ad ſe traxit oīa. Forma cuius hoc oſtēdit q̄ terrarū cōprehēdit quattuor cōfinia. Nō ſūt noua ſacramenta nec recēter eſt inuēta crucis hec religio. Ipſa dulces aquas fecit ꝑ hāc ſilex aquas iecit moyſi officio. Nulla ſal⁹ eſt i domo: niſi cruce munit homo ſuperliminaria. Neq̃ ſenſit gladium nec amiſit filium quiſq̃s egit talia. Ligna legens i ſarepta: ſpē ſalutis eſt adepta pauper muliercula. Sine lignis fidei nec lechitus olei: valet nec farinula. In ſcripturis ſub figuris iſta latent ſed iā patent crucis beneficia. Reges credūt: hoſtes cedūt ſola cruce xp̄o duce vnus fugat milia. Iſta ſuos fortiores ſemper facit ⁊ victores morbos ſanat et lāguores reprimit demonia. Dat captiuis libertatē: vite cōfert nouitatem: ad antiquā dignitatem crux reduxit oīa. O crux lignum triumphale: mūdi vera ſalus vale: ītra ligna nullū tale frōde flore germine. Medicina criſtiana ſalua ſanos egros ſanat q̄d non valet vis humana fit in tuo nomine. Inſiſtentes crucis laudi: conſecrator crucis audi atq̃ ſeruos tue crucis poſt hanc vitam vere lucis tranſfert ad palatia. Quos tormēto vis ſeruire: fac tormenta non ſētire: ſed cum dies erit ire nobis cōfer et largire ſempiterna gaudia. Amen. Secundum iohannem.

In illo tempore: Dixit ieſus 12.c.
turbis iudeorum Nunc iudi- C
cium eſt mundi. Nunc p̄nceps huius mundi: eiicietur foras. Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipſum. Hoc autem dicebat ſignificās qua morte eſſet moritur⁹. Reſpōdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: quia chriſtus manet i eternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Et q̄s eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicum lumē: ī vobis eſt. Ambulate dum lucē habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quo vadat Dum lucem [illegible]
habetis credite in lucem: vt filij lu-
cis ſitis. Credo. Offertoriū. Pro- eccl'a
tege domine plebem tuam per lignum ſancte crucis ab omnibus inſidiis inimicorum omnium vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secreta.

Deuota ſi hoc feſto dn̄e humilitat; nr̄e p̄ces ⁊ hoſtias mietue p̄cedat auxilium et ſalutē: quā per adā i paradiſo ligni clauſerat temerata preſumptio: ligni rurſū fides aperiat. Per dominū nr̄m ieſū xp̄z. Alia ſecreta de martirib⁹

Preſta nobis omnipotens deus vt noſtre humilitat; oblatio ⁊ pro tuorum tibi placeat honore ſanctorum: ⁊ corpore pariter et mēte purificet. Per dominum noſtrum ieſuꝫ xp̄m. Prefatio. Qui ſalutem. Communio. Per lignum ſerui facti ſumus et per ſanctā crucē liberati ſumus fructꝰ arboris ſeduxit nos filius dei redemit nos allā. Poſtcōio.

IEſu chriſti domini noſtri corpore ſaginati et ſāguine: per quem crucis eſt ſāctificatum vexillum: queſumus domine deꝰ noſter vt ſicut hanc adorare meruimus / ita perennitatis eiꝰ gloria ſalutari potiamur effectu. Per dominū. Alia poſtcommunio de martyribꝰ.

PAſce nos q̄s domīe tuorꝫ gaudijs vbiqꝫ ſctōꝝ qui nr̄e ſalutꝫ augmenta ſunt quotiens illis honor impenditur in quibus tu mirabilis p̄dicaris. per dominuꝫ. ¶ In oct. natiuitatꝫ beate marie ad miſſam omnia fiant ſicut in prima die more ſimplicis feſti nouē lectionū et dicitur ſuper Kyrie cātus de Kyrie oī potens. dicitur etiā. Spūs ⁊ alme. a tribus clericis de ſuperiori gradu i ſuperpellicijs ad gradū chori. Sequentia. Aue p̄clara. Euāgelium. Loquente ieſu. et dicitur. Sāctus. in hac additione. Benedictus marie filius. Cetera oīa ſicut in p̄ma die. Eodem die fiat memo. de ſancto nichomede martyre. Or

ADeſto domīe populo tuo vt beati nichomedis martyris tui merita preclara ſuſcipiens ad ipetrādū m̄iam tuā ſemper eius patrocinio ſubleuemur. p. Secreta.

SUſcipe domine munera propicius oblata: que maieſtati tue b̄ti nichomedis martiris tui cōmendet oratio. per dn̄m. Poſtcōio

PUrificent nos queſumus domine ſacramēta que ſumpſimus et intercedēte beato nichomede martyre tuo: a cunctis nos efficiant vicijs abſolutos. Per dominū noſtrū. ¶ Sancte edithe virginis nō martyris. Ad miſſam. Officiū.

DIlexiſti iuſticiaꝫ ⁊ p̄44
odiſti iniq̄tatē: pp̄terea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie pre conſortibus tuis. ps. Eructauit cor ibid.
meum verbum bonū dico ego opera mea regi. Oratio.

DEꝰ q̄ fidelibꝰ tuis caſtitatis exēplū p̄buiſti dū de vgīe filiū tuū dn̄ꝫ nr̄ꝫ naſci voluiſti ſācte edithe vgīs tue p̄cibꝰ nobꝫ mētis ⁊ corpis tribue puritatem p quā a te nobꝫ pmiſſā pcipiamꝰ felicitatē. p eūdē. ¶ Memoria de martiribꝰ eufemia lucina et geminiano. Oratio.

PReſta q̄s dn̄e p̄cibꝰ nr̄is cum exultatione pfectum vt quorum diē paſſionis ānua deuotione recolimus: etiā fidei cōſtātiam ſubſequamur. p. Epla. Qui gloriatur in cōi fo. xiij. Gr. Dilexiſti iuſticiam
et odiſti iniq̄tatē. V. Propterea vnxit te de p̄44
us deꝰ tuꝰ oleo leticie. Allā. V. Emulor ei vos dei emulatiōe deſpōdi vos vni viro vgīnē caſtā exhibere xp̄o Seq̄. Virgīs venerāde. i. ci. f. xiiij. Euā. Sile eſt re. ce. de. i cōi fo. xiiij. Offer.
Offerentur regi virgines poſt eā pro- ibid.
xime eius offerentur tibi. Secreta.

SUper hāc oblationē nr̄aꝫ q̄s dn̄e bn̄dictio tua deſcēdat: et vt ipi tibi hoſtia placabilis efficiamur ſancta editha apd̄ te obtineat Per do. Alia ſecreta de martiribus

MUnera populi tui domine ppiciatus intende: ⁊ ſanctorꝝ martyrum tuorū eufemie / lucine / et germiniani quorꝝ nobis tribuis ſolennitatem celebrare: fac gaudere ſuffragijs. Communio. Diffuſa p̄44
ē gratia in labiis tuis propterea bn̄di-

git te deus in eternum. poſtcõmunio

Spiritualis mẽſe domine participatio nobis mentis ⁊ corporis fiat ſaluatio: et ſancte edithe virginis tue tibi nos cõmẽdet ſupplicatio. Ꝑ dñz. Alia pꝰcõ. de mart.

Sumptis domine diuinis miſteriis exaudi queſumus preces noſtras ⁊ ſanctoruz martyrum tuorũ euſemie/lucine/et geminiani quorum ſolenniter celebramus victoriam: cõtinuis foueamur auxiliis. Ꝑ dominũ. ¶ Sancti lãberti epyſcopi et martyris. Officium.

dan. Sacerdotes dei bñdicite do-
3.ca. minũ ſancti ⁊ humiles cor-
F de laudate deum. pſalmus
ibid. Benedicite oĩa opera domini dño: laudate et ſuperexaltate eũ in ſecula. Or.

Sancti lamberti martyris tui atq; põtificis domine nos tibi q̃s cõmẽdet oratio: et ſicut hunc diem eius glorioſa decorat paſſio: ita nos ipſius ſemꝑ muniamur ſuffragijs. Ꝑ dñm. Ep̃la. Omnis pontifex. in cõmuni. folio. v. Gradale. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi euz/manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Vſus. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluya. Vſus. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotem magnum in populo ſuo. Euangelium. Circuibat ieſus.
p̃.20 in cõi. fol. v. Offertoriũ. In virtute tua domĩe letabitur iuſtus: et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium anime eiꝰ tribuiſti ei. Secre.

Hoſtias tibi dñe ꝑ cõmemoratiõe ſcti lãberti martyris tui atq; põtificis offerimꝰ obſecrãtes: vt tua nobis ſua interceſſione multiplicet beneficia: quẽ a tui corporis vnitate nulla tẽtatio ſeparauit Qui viuis ⁊ regnas cũ deo pře. cõ.
ibid. Poſuiſti domine ſuper caput eius: coronam de lapide precioſo: poſtcõmu.

Percepto dñe tui corporis et ſanguinis ſacramento concede nobis q̃s ſupplicante beato lãberto martyre tuo atq; põtifice ita muniri: vt ⁊ tẽporalibꝰ reuelemur incõmodis et abundemus eternis. Qui vi. ⁊ re. ¶ In vigilia ſcti mathei apoſtoli et euangeliſte. Offm̃.

Ego aũt ſicut oliua p̃.51.
fructificaui i domo domini ſꝑaui i mia dei mei: et expectabo nomen tuũ quoniã bonum eſt ante conſpectum ſancto-
rum tuorum. Ps. Quid gloriaris i ma- ibid.
licia: qui potẽs es in iniq̃tate. Oratio.

Da q̃s omĩps deus: vt beati mathei apaſtoli tui ⁊ euãgeliſte quã ꝓuenimus veneranda ſolennitas: ⁊ deuotiodem nobis augeat ⁊ ſalutẽ. Ꝑ. Ep̃la. Btũs hõ q̃ inuenit.
in cõi. fo. i. Gr. Iuſtꝰ vt palma flore- p̃.91
bit ⁊ ſicut cedrꝰ libani multiplicabit in domo dñi. Vꝰ. Ad annunciandũ mane miam tuã et veritatẽ tuã per noctem. Si do. fue. dicetur. Allã. V. Per manus aũt aplõrũ fiebant ſigna et prodigia multa in plebe. Secundum lucã.

In illo tp̃e: Vidit ieſus publi- 5.ca.
canũ nomine leui ſedentẽ ad F
theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis oĩbꝰ: ſurgẽs/ſecutꝰ eſt eũ. Et fecit ei cõuiuiũ magnũ leui i domo ſuo: et erat turba multa publicanorum/et aliorũ qui cũ illis erãt diſcũbentes. Et murmurabãt phariſei et ſcribe eorum: dicentes ad diſcipulos eiꝰ. Quare cũ publicanis et peccatoribꝰ mãducatis ⁊ bibitis? Et reſpondens ieſus: dixit ad illos. Non egent qui ſani ſunt medico: ſꝫ qui male habent. Non veni vocare iuſtos ſed pctõres ad penitẽtiã.
Offr. Gloria ⁊ honore coronaſti eum: et p̃s.8

conſtituiſti eum ſuper opera manuum
tuarum domine. Secreta.
Reſpice q̄s omnip̄s ⁊ miſericors
de⁹ munera q̄ pro veneratiōe beati
mathei ap̄li tui ⁊ euāgeliſte tue of-
ferim⁹ maieſtati et p̄ita: vt cui⁹ ſo-
lēnia hic ſacrificijs p̄uenimus: ei⁹
ſuffragātibus meritiſque tibi ſunt
placita digno effectu ac deuotꝫ mē
tibus exequamur. p dn̄m nr̄m ieſū.
p.20 Cōmunio. Magna ē gloria eius in ſa
lutari tuo gloriam et magnum decorē
impones ſuper eum domine. Poſtcōio.
Preſta q̄s omnip̄s deus: vt diui
no munere ſatiati: intercedē-
te btō matheo ap̄lo tuo et euāgeli-
ſta cui⁹ ſolēnia preuenimus: ſacris
ſemp̄ ⁊ miſterijs renouemur ⁊ mo-
rib⁹. p d. ¶ Si vero hec vigilia i ali
qua feria quattuor temporum con
tigerit: tūc de vigilia nichil fiat ni
ſi tantū mēo. ad miſſam de ieiunio.
¶ In die ſcti mathei ap̄li. Officiū.
p 138 Michi autem nimis
honorati ſunt ami
ci tui de⁹ nimis cō-
fortatus eſt princi-
pat⁹ eorū. ps. Domi
ne p̄baſti me ⁊ cogno
uiſti me: tu cognouiſ-
ti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meā. Or.
Beati mathei apoſtoli tui ⁊ e-
uāgeliſte domine precib⁹ ad-
iuuemur: vt quod poſſibilitas no-
ſtra non obtinet: eius nobis inter-
ceſſiōe donetur. Per. Memoria de
ſancto laudo epo ⁊ confeſſore. Or.
Preſta q̄s omnipotens deus:
vt qui beati laudi confeſſorꝫ
tui atq̄ pontificis ſolēnia colimus
eius interceſſiōe eternā beatitudi-
nem conſequamur. p. Ep̄la. Simi-
litudo vultus. in cōi. folio. h. grad.
Os iuſti meditabitur ſapientiam ⁊ lin
p.36 gua eius loquetur iudicium. Vſus. Lex
dei eius in corde ipſius: et non ſupplā-
tabuntur greſſus eius. Alleluya. Vſ.
Primus ad ſyon dicet ecce aſſum ⁊ hie-
ruſalem euangeliſtam dabo. Sequen.
Laus deuota. in communi. folio. ih
¶ Secundum matheum. 9 ca.
In illo tempore: Cum tranſi- B
ret ieſus: vidit hominem ſedentē in
in theloneo matheum nomīe: ⁊ ait
illi. Sequere me. Et ſurgens: ſecu-
tus eſt eum. Et factum eſt diſcūbē-
te eo in domo: ecce multi publicani
et peccatores venientes diſcumbe-
bant cum ieſu et diſcipulis eius. Et
vidētes phariſei/dicebant diſcipu-
lis eius. Quare cū publicanis ⁊ pec-
catoribus manducat magiſter ve-
ſter? At ieſus audiens: ait. Non eſt
opus valentibus medico: ſed male
habentibus. Euntes autem diſcite
quid eſt miſericordiam volo: ⁊ non
ſacrificium. Non enim veni voca-
re iuſtos: ſed peccatores. Credo.
Offertoriū. Poſuiſti domine in capi- p̄.20
te eius coronam de lapide precioſo: vi-
tā petiit ⁊ tribuiſti ei alleluya. Secret.
Supplicationibus beati ma-
thei apoſtoli tui ⁊ euāgeliſte
queſumus dn̄e eccleſie tue commē-
detur oblatio: cui⁹ magnificis pre
dicationibus eruditur. Per dn̄m.
¶ Alia ſecreta de ſancto laudo.
Sicut beatū laudū confeſſorē
tuū atq̄ pontificē dn̄e ad eter
nā gloriā tranſtuliſti ſic ipſius me-
ritis q̄s ad ſalutē noſtrā hāc preſen
tem ſanctifica hoſtiā. per. Prefatio
Et te dn̄e. Nō dr̄ i hac p̄fatiōe: Per
beatos euāgeliſtas: ſed dr̄ per btōs
ap̄los. Cōio. Magna eſt gloria ei⁹ in ſbld
ſalutari tuo: gloriam et magnum deco
rem impones ſuper eum domīe. P⁹ cō.
Sumpſim⁹ dn̄e venerabile ſa-
cramentū beati mathei apo-
ſtoli tui ⁊ euangeliſte feſtiuitate le
tantes: queſumus vt ſuis precibus
glioſis: et credendum nobis iugiter

poſtulet et ſequendum vtlis euangeliſta quod pꝛedicauit ⁊ docuit. p. Alia poſtcommunio. de ſctō laudo.

Refecti mēſe celeſtis collatione q̄s domine deus noſter: vt interceſſione beati laudi confeſſoris tui atq; pōtificis cuius veneramur ſolennia ab omni nos ſemper aduerſitate defendas. p. ¶ Sancti mauricij ſocioꝝq; eius mar. Offīm.

Intret ĩ ꝯſpectu tuo dn̄e gemitꝰ cōpeditoꝝ: redde vicinis nr̄is ſeptuplū ĩ ſinu eoꝝ: vindica ſāguinē ſctōꝝ tuoꝝ q̄ effuſꝰ eſt. ℣. Deꝰ venerunt ps 78
gētes ĩ hereditatē tuā polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt hieruſalem in pomoꝝ cuſtodiam. Oratio.

Annue q̄s oīps deꝰ: vt nos ſāctoꝝ martyꝝ tuoꝝ mauricij exuperij cādidi/victoꝛis/inocētij/ ⁊ vitalis ſocioꝝq; eoꝝūdē letificet feſtiua ſolēnitas: vt quoꝝ ſuffragijs nitimur: natalicijs gl̄iemur. Per. Epla. Scti p̄fidē. i ꝯl. folio. vi. Gr.
exod Glorioſꝰ deꝰ ĩ ſctis mirabilis ĩ maieſta
15.c. te faciēs pꝛodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glo
A rificata ē ĩ virtute: dextera manꝰ tua ꝯfregit inimicū. Allā. ℣. Te martyꝝ cādidatꝰ laudat exercitꝰ dn̄e. Seq̄. Ecce pulchꝛa. i ꝯl. f. vij. Euā. Deſcēdēs ieſꝰ
ps 31 de mōte. i cōi. fo. vij. Offertoriū. Letamini in domino ⁊ exultate iuſti ⁊ gloriamini omnes recti coꝛde. Secreta.

Preſētes hoſtias dn̄e q̄s merita glīoſa martyꝝ thebeoꝝ tibi reddāt acceptas p quoꝝ tibi pꝛecioſo ſāguine ſūt dicate. per. Cōio.
Sap̄ Juſtoꝝ aīe ĩ manu dei ſūt ⁊ nō tāget il
3.ca. los toꝛmētū malicie viſi ſūt oclis inſipiē
A tiū moꝛi illi autē ſūt ĩ pace. Poſtcōio.

Sumptis dn̄e celeſtibus ſacramētis q̄s vt ĩterceſſione ſctōꝝ martyꝝ thebeoꝝ cōſequi mereamur veniam delictoꝛum. per dn̄m. ¶ Scte tecle virgīs nō mr. Offīm.

Loq̄bar de teſtimonijs tuis ĩ ꝯſpectu regū et nō cōfūdebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Pſalmꝰ. Beati immaculati ps 118
in via: qui ambulant in lege dn̄i. Oro.

Om̄ps ſēpitn̄e deꝰ auctoꝛ virtutis ⁊ amatoꝛ virginitatis: da nobis q̄s ſctē tecle v̄ginis tue placitis tibi meritis ꝯmēdari cuiꝰ vita merito caſtitatis tibi cōplacuit. p. Epla. Qui gliat. in cōi fo. xiij. Gr.
Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatē. ℣. ps 44
Pꝛopterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie. Allā. ℣. Emuloꝛ eī vos dei emulatione deſpōdi vos vni viro v̄ginē caſtā exhibere xp̄o. Euā. Simile eſt re. ce. de. i ꝯl. f. xiiij. Offīn. Offerētur regi virgines poſt eā pꝛime eiꝰ offerētur tibi. Sec.

Offerimꝰ tibi dn̄e p̄ces ⁊ munera ĩ honoꝛe ſctē tecle v̄ginis tue gaudētes: p̄ſta q̄s vt ⁊ ꝯuenienter hec agere: ⁊ remediū ſempiternū valeamꝰ acquirere. Per. Cōio. Simile ē regnū celoꝛū hoī negociatoꝛi q̄rēti bonas margaritas inuenta vna pꝛecioſa margarita dedit omnia ſua et comparauit eam. Poſtcommunio.

Proſit nobꝫ dn̄e q̄s ſūpta miſteria pariterq; nos ĩtercedēte btā v̄gie tua tecla ⁊ a pctis eruant ⁊ p̄ſidijs tue ꝓpiciationis attollant. p. ¶ Scti firmini epi ⁊ mr. Offīm.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominum: ſan Dan. 3.ca. F
cti ⁊ humiles coꝛde laudate deum. Ps.
Bn̄dicite oīa opa dn̄i ibidē
dn̄o laudate ⁊ ſuperexaltate eū in ſecl̄a. Oro.

Deus qui ſctām nobis huius diei leticiā pꝛo commemoratione beati firmini martyris tui atq; pontificis feciſti: adeſto familie

tue precibus: et da vt cuiꝰ hodie feſta
celebramus: eius meritis et interceſſionibus
adiuuemur. per do.
Epla. Omis pontifex. in cõi fol. v.
P̄s.109 Gr. Jurauit dñs et nõ penitebit eum
tu es ſacerdos i eternũ ſcd'z ordinẽ melchiſedech.
ibid. V. Dixit dñs dño meo: ſede a
P̄s.88 dextris meis. Allã. V. Inueni dauid ſeruũ
meũ: oleo ſctõ meo vnxi eũ. Euãg.
eodẽ Circuibat ieſꝰ. i cõi. f. v. Offr. Inueni
dauid ſeruũ meũ et in oleo ſancto vnxi
eum manꝰ enĩ mea auxiliabitur ei: et brachiũ
meũ confortabit eum. Secreta.

Intende ꝓpicius q̃s dñe oblata
tibi hec munera: ⁊ deprecatione
beati firmini martiris tui atqꝫ
põtificis in cuius ea commemoratione
deferimus: noſipſos eadẽqꝫ
mat ſãctifica. per. Cõio. Domine quinqꝫ
25 ca talẽta tradidiſti michi: ecce alia quinqꝫ
B ſuplucratus ſũ euge ſerue fidelis qꝛ in
pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cõſtituã
intra in gaudiũ dñi tui. Poſtcõio.

Sumpſimus dñe i ſcti martyris
tui atqꝫ põtificis firmini
ſolẽnitate celeſtia ſacramẽta: cuiꝰ
ſuffragiis q̃s largiaris: vt quod tẽporaliter
gerimꝰ: eternis gaudiis
conſequamur. Per dñm noſtrum.

¶ Sancti cypriani epyſcopi et iuſtine
virginis martirũ. Officium.

P̄s 36. Salus autẽ iuſtorũ a
domino: et protector
eorũ eſt in tpe
tribulationis. P̄s.
ibid. Noli emulari i malignãtibꝰ: neqꝫ zelaueris
faciẽtes iniqtatẽ.

Or de cõi. fo. vi. vl' dicatᷣ ſequẽs. or.

Beatorum martyrũ tuorũ cypriani
⁊ iuſtine nos dñe foueant
continuata preſidia: qꝛ non deſinis
propicius intueri quos talibꝰ
auxiliis conceſſeris adiuuari. p.
Epla. Juſti autem in perpetuum.
in cõi fo. vi. Gr. Vindica domine ſanguinem
ſãctorum tuorum qui effuſus
eſt. verſus. Poſuerunt mortalia ſeruorum
tuorum eſcas volatilibꝰ celi carnes
ſãctorum tuorum beſtiis terre. Alleluya.
verſus. Juſti epulentur et exultent
in conſpectu dei: et delectentur
in leticia. Euangelium. Cum perſequẽtur.
in cõmuni folio. vii. Offr.
Exultabunt ſancti in gloria letabuntur
in cubilibus ſuis: exultationes dei
in faucibus eorum. Secreta.

Sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ cypriani
et iuſtine tibi grata cõfeſſio:
et munera noſtra commendet
⁊ tuam nobis indulgentiã ſemper
imploret. Per dominum noſtrum
ieſum xp̃m. Communio. Multitudo
languentium et qui vexabãtur a ſpiritibꝰ
imũdis veniebãt ad eũ qꝛ virtꝰ de illo
exibat ⁊ ſanabat omnes. Poſtcõio.

Preſta q̃s oĩps deꝰ vt ſanctorum
martyrũ tuorum cypriani ⁊
iuſtine deprecationibus ſacramẽta
que ſũpſimus ad tue nobis ꝓficiant
placationis augmẽtũ. Per dominum
noſtrũ ieſum chriſtum filium
tuũ. Qui te. ¶ Sãctorũ coſme
et damiani. Ad miſſam. Officium.

Sapiẽtiã ſanctorũ narrant eccli
pplĩ ⁊ laudẽ eorum nũciat 44 c
eccleſia noĩa autẽ eorũ viuẽt C
i ſeculũ ſeculi. P̄s. Exultate iuſti P̄.31.
in dño: rectos decet collaudatio. Oro.

Magnificet te domine ſãctorũ
martirum tuorũ coſme ⁊ damiani
beata ſolẽnitas: qua et illis
gloriam ſempiternã: et opẽ nobis
ineffabili prouidentia contuliſti.
Per do. Epla. Bñdictꝰ deus. in cõi.
fol. iii. Gr. Clamauerunt iuſti et dominus P̄.33.
exaudiuit eos: et ex omnibꝰ tribulationibus
eorum liberauit eos. V.
Juxta eſt dñs his q̃ tribulato ſũt corde: ibid.
humiles ſpũ ſaluabit. Allã. V. Vox exultationis
⁊ ſalutis i tabernaculis iuſtorũ
⁊ deducet illos i via mirabili. Euãgel.

Eleuatis ieſus oculis l. lꝛl. fo. vij.

p̄s.5 Offm. Gliabūt i te oēs q̄ diligūt nomē tuū q̄m tu dn̄e bn̄dices iuſto: dn̄e vt ſcuto bone volūtatꝭ tue coꝛōaſti nos. Sec

IN tuoꝛū dn̄e p̄cioſa moꝛte iuſtoꝝ ſacrificiū illd̄ offerimus de quo martyꝝ ſūpſit oē p̄ncipatū q̄d q̄s ꝓpiciatiōis tue nobꝫ munus p̄78 obtieat. p. Cō. Poſuerūt moꝛtalia ſeruoꝛū tuoꝛū dn̄e eſcas volatilibus celi/ carnes ſanctoꝛū tuoꝛū beſtiis terre: ſecundū magnitudinem bꝛachii tui poſſide filios moꝛtipunitoꝛum. Poſtcōio

SIt nobꝫ dn̄e libatio ſacramēti tui certa ſaluatio q̄ cū beatoꝛū martyꝝ tuoꝝ coſme ⁊ damiani meritis īploꝛat. per do. ¶ In feſto ſcti michaelis archāgeli. offm.

p̄102 BEnedicite dn̄z oēs āgeli eius potētes ꝟtute q̄ facitꝫ ꝟbuz ad audiendā vocez ſermonuz eius. p̄s. ibid Bn̄dic aīa mea dn̄o: ⁊ omnia que infra me ſunt/ nomini ſancto eius. Kyrie rex ſplendens. cū ſuis verſibus. oꝛatio

DEus q̄ miro oꝛdīe āgeloꝝ miniſteria hoīqʒ diſpēſas: cōcede ꝓpicius: vt q̄bus tibi miniſtrātibus in celo ſemper aſſiſtitur/ ab his in terra vita noſtra muniatur. per dominum noſtrū. Lectio libri apocalipſis beati iohannis ap̄li.

ca. IN diebus illis Significauit

A ieſus q̄ opoꝛtet fieri cito/ loquēs per angelum ſuum ſeruo ſuo iohāni q̄ teſtimonium ꝑhibuit verbo dei: ⁊ teſtimoniū ieſu xp̄i i his q̄cūqʒ vidit. Beatus qui audit ⁊ qui legit verba pꝛophetie huius: ⁊ ſeruat ea que in ea ſcripta ſunt. Tem-

B pus enim pꝛope eſt Joannes ſeptē eccleſijs que ſunt in aſia: grā vobꝫ et pax ab eo qui eſt/ qui erat/ et qui vēturus eſt Et a ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu thꝛoni eius ſunt: ⁊ a ieſu chꝛiſto/ qui eſt teſtis fidelis p̄mogenitus moꝛtuoꝛū/ ⁊ pꝛinceps regum terre. Qui dilexit nos: ⁊ lauit nos a peccatis noſtris/ in ſanguine ſuo. Grad. Benedicite domi- p̄102

num omnes āgeli eius potentes virtute: qui facitis verbum eius. v̄ſus Be- ibid

nedic anima mea domino: ⁊ omnia interioꝛa mea nomen ſanctum eius. Alleluya. v̄ſus. In conſpectu angeloꝛuz pſallam tibi domine deus meus. Seq.

AD celebꝛes rex celice laudes cuncta. Pāgat nūc canoꝛa caterua ſymphonia. Odas atqʒ ſoluat concio tibi noſtra Cum iam renouātur michaelis īclyta laude feſta. Per quem letabunda peroꝛnatur machina mundi tota. Nouies diſtincta pneumatum ſunt agmīa per te facta. Sed cum vis facis hec flammea per angelicas officinas. Inter pꝛimeua ſunt hec nā creata tua cū ſimus nos vltima factura/ ſed ymago tua Theologa cathegorizēt ſymbola nobis hec ter tripertita ꝑ priuata officia. Plebs angelica phalanx ⁊ archangelica p̄ncipās turma virtus vꝛanica ac poteſtas almiphona Dominātia numina diuinaqʒ ſubſellia: cherubī ethera ac ſeraphin ignicoma. Vos o michael celi ſatrapa gabꝛielqʒ vera dās verbi nūcia. Atqʒ raphael vite vernula ꝯferte nos iter paradiſicolas. Per vos p̄ris cūcta cōplentur mādata q̄ dat. Eiuſdem ſophia cōpar quoqʒ pneuma vna permanēs in vſya Cui eſtis adminiſtrātia deo milia miliū ſacra. Vices ꝑ bis quinas bis atqʒ quingenta dena. Centena millena aſſiſtūt i aula ad quā rex ouē cēteſimā. Verbigenā dꝛagmāqʒ decimā veſtra duxit ſup alga mata. Vos per ethera nos per rura dena. Pars electa armonie vota

dem⁹ ypplitica cythara. Ut poſt bel-
la michaelis ſcripta. Nr̃a deo ſint ac
cepta aureã circa arã thimiamata
Quo in celeſti iã glia. Condecãtemus
alleluya. Scdm̃ Matheum.

p̄.18 IN illo tp̄e: Acceſſerũt diſcipli
A ad ieſuz: dicẽtes. Quiſputas
maior ẽ i regno celoꝝ. Et aduocãs
ieſus paruulũ/ſtatuit eũ in medio
eoꝝ ⁊ dixit. Amẽ dico vobꝫ: niſi ꝯuerſi
fueritꝫ ⁊ efficiamini ſicut ꝑuuli/
nõ itrabitꝫ i regnũ celoꝝ. Qui cũqꝫ
ergo huiliauerit ſe ſicut ꝑuul⁹ iſte:
hic eſt maior i regno celorũ. Et qui
ſuſcepit vnũ paruulũ talẽ in noĩe
meo: me ſuſcipit. Qui aũt ſcãdalizauerit
vnũ de puſillis iſtis q̄ i me credũt/
expedit ei vt ſuſpẽdat mola aſinaria
i collo eius/⁊ demergat in
ꝓfundũ maris. Ve mũdo ab ſcãdalis.
Neceſſe eſt eĩ: vt veniãt ſcãdala.
Veruntamẽ: ve hoĩ illi per quem
ſcãdalũ venit. Si autẽ manus tua
B vel pes tuus ſcãdalizat te/abſcide
eũ/⁊ ꝓijce abs te. Bonũ eſt tibi ad
vitã igredi debilẽ aut claudum/q̄ꝫ
duas manus vel duos pedes habẽtẽ
mitti i ignẽ eternũ. Et ſi ocul⁹ tuus
ſcãdalizat te: erue eũ ⁊ ꝓijce abs
te. Bonũ tibi eſt cũ vno oculo i vitã
intrare: q̄ꝫ duos oculos habẽtez
mitti i gehẽnã ignis. Videte ne cõtẽnatis:
vnuz ex his puſillis. Dico
eĩ vobis: qꝛ ãgeli eoꝝ ſ̃ i celis ſemꝑ
vidẽt faciẽ pr̃is mei: qui i celis eſt.

apo. Credo. Offert. Stetit ãgelus iuxta
8 ca. arã tẽpli hñs thuribulũ aureũ i manu
A ſua: ⁊ data ſũt ei icẽſa multa ⁊ aſcẽdit fum⁹
aromatũ i ꝯſpectu dei allã. Secr.

MUnus populi tui q̄s dñe dignãter
aſſume quod tibi nõ
nr̃is meritis/ſed ſcti archãgeli tui
michaelis omniũqꝫ beatoꝝ ſpirituũ
deprecatione ſit gratũ. per do.

dan. ꝑſa. quotid. Cõ. Benedicite oẽs ãgeli
3.ca. domini domino/hymnum dicite et ſuꝑexaltate
eum in ſcła. Poſtcõmunio. B

BEati archangeli tui michaelis
interuẽtione ſuffulti ſupplices
te domĩe deꝑcamur vt quos
honore proſequimur/ꝯtingamus
et mente. per do. ¶ Scti hieronymi
presbyteri et doctoris. Officiũ.

SAcerdotes dei bñdi dan.
cite dñm: ſcti ⁊ hui 3.ca.
les corde laudate de F
um. ꝟ. Bñdicite om ibid.
nia opera dñi domino:
laudate et ſuperexaltate
eũ i ſecula. Or.

DEus q̄ nobis ꝑ btm̃ hieronymũ
ꝯfeſſorẽ ſacerdotẽqꝫ tuũ
ſcripture ſctẽ veritatẽ ⁊ myſtica ſacramẽta
reuelare dignatus es: ꝯcede
q̄s: vt cuius natalicia colimus/
ei⁹ ſemper erudiamur ⁊ doctrinis
et meritis adiuuemur. per. Epla.
Dedit dñs. in cõi. folio. xl. Grada.
Iurauit domin⁹ ⁊ nõ pẽitebit eũ/tu es p̄ 109
ſacerdos in eternũ ſcdm ordinẽ melchiſedech.
ꝟ. Dixit dñs domino meo: ſede a ibid
dextris meis. all'. ꝟ. Poſui adiutoriũ ſuꝑ
potẽtẽ: ⁊ exaltaui electũ de plebe mea.
Sequẽ. Adeſt no. i cõi. fo. x. Euã.
Vos eſtis ſal terre. i communi. folio.
xl. Credo dicit. Offert. Inueni p̄.88
dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto
vnxi eum: man⁹ eñi mea auxiliabit ei/
⁊ brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secreta.

CLementia tua dñe q̄s munera
noſtra dignãter reſpiciat
et beati hieronymi confeſſoris ⁊ ſacerdotis
tui deprecatiõe per hec eadem
nos placatus purifica. per do.
Cõmun. Domine quinqꝫ talenta tradidiſti
michi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus
ſum: euge ſerue fidelis qꝛ i pauca
fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituam/
intra in gaudiũ dñi tui. Poſtcõio.

PReſta dñe q̄s: vt eccleſiaz tuam
beatus ſacerdos Hieronymus
et fidei doctrinis erudiat

et eruditā diuinis mysterijs dignā pia intercessione efficiat. per dnm.

¶ Sctōꝝ remigij/germani/bedasti/et bauonis episcoporū. Officiū

131 c. C Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ps.

ibidē Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Exaudi q̄s domine populū tuum cū sctōꝝ cōfessorū tuorū remigij/germani/bedasti/et bauonis/episcoporū tibi patrocinio supplicantem: vt et temporalis vite nos tribuas pace gaudere: ⁊ eternū reperire subsidium. p dnz. Memoria de sancto meloro martyre. Oratio

Adesto dñe supplicatiōib⁹ nostris: ⁊ intercessiōe beati melori martyris tui perpetuam nobis miam benignus impende. p. Epla Plures facti sunt. i cōmuni. fo. xii.

p.131 Graduale. Sacerdotes eius induāt salutare et sancti eius exultatione exultabunt. V. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alleluya vsus. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternum. Nulla vr sequē. licet. ix. l. habeant Eu. Sint lumbi. in cōmuni. fol. xij. Offertoriū. Exultabunt sancti in gloria letabuntur i cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secret.

Preces nostras q̄s domine et tuorum respice oblatiōes fideliū: vt tibi grate sint tuorum festiuitate sanctoꝝ/et nobis cōferāt tue propiciatiōis auxiliū. per dnz.

¶ Alia secreta de sancto meloro.

Presentia munera dñe q̄s serena pietate intuere vt scti spiritus perfundātur bñdictiōe: quatenus illā validius in nr̄is cordib⁹ dilectionem infundāt: per quā sanctus melorus martyr tuus oīa corporis tormēta deuicit. p dnz. Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ⁊ fructū afferatis/et fruct⁹ vester maneat p⁹ c.

Repleti sacramēto reparationis humane i festiuitate sanctorū cōfessorū tuorū remigij/germani/bedasti/⁊ bauonis: q̄sumus dñe deus noster/vt sicut mūera nobis dignaris prebere celestia/sic p eadem tribuas nos donis inherere celestibus. Per dominum nostruz.

Alia postcōmunio d sancto meloro

Quos refecisti dñe celesti mysterio ab oīb⁹ q̄sum⁹ ppiciatus absolue delictis: vt itercedente btō meloro martyre tuo diuino munere purificatis mētib⁹ pfruamur. p d.

¶ Scti leodegarij epi ⁊ m. offiū

Sacerdotes dei benedicite dñm sancti ⁊ humiles corde laudate deum. ps. Bñdicite oīa opa dñi domino: laud et superexaltate eū i secula. Dañ. 3 ca. F ibid

Deus qui hodierna die beatū leodegarium martyrem tuum atq̄ pontificem gloria et honore coronasti: tribue nobis propici⁹ vt qui gloriam non meremur: indulgentiam ipso interueniente sō sequamur. Per dominū. Ad thimo.

2.3.C Carissime: Memor esto iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid scdm euāgelium meū in quo laboro vsq̄ ad vincula quasi male operās: sed verbū dei nō est alligatum Ideo omnia sustineo ppter electos: vt et ipsi salutez cōsequant/q̄ est in xp̄o iesu cū gloria celesti. C Tu autē assecut⁹ es meā doctrinā: institutionem/ppositū/fidē/lōganimitatem/dilectionem patiētiam/psecutiones/passiōnes qualia facta sūt michi ātiochie yconio/listris. Quales persecutiones sustinui: et ex oībus me eripuit do-

min⁹. Et oẽs q̄ pie voluͤt viuere in
xp̄o ieſu: perſecutionẽ patienẽ. Gr̄.
p̄.88 Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto
meo vnxi euꝫ: manus enim mea auxiliabitur
ei et brachium meũ cõfortabit
eum. ỽ. Nichil proficiet inimic⁹ in
eo et filius iniquitatis non nocebit eũ.
Alleluya. ỽ. Elegit te domin⁹ ſibi in ſacerdotem
magnum in pplo ſuo. Euã.
Qui vos au. i cõi. f. liiij. Offertoriũ.
ibiđ Veritas mea et mia mea cũ ipſo ꝛ i nomine
meo exaltabiť cornu eius. Secr.

Preſta q̄s dñe vt btī leodegarij martyris tui atq3 pontificis ſuffragio tua in nobis munera tuearis: p cui⁹ honorãda cõfeſſiõe hoſtias tibi laudis offerimus. per.

Communio. Beatus ſeruus quẽ cuꝫ venerit dominus inuenerit vigilãtem amen dico vobis ſuper om̃ia bona ſua conſtituet eum. Poſtcommunio.

Refecti participatione muneris ſacri q̄s dñe deus noſter: vt intercedẽte btō leodegario martyre tuo atq3 põtifice: cuius: exequimur cultum ſentiamus effectum. Per dominũ.

Sancte fid's vgis et martyris. Ad miſſam. Officium.

p̄ 118 Loquebar de teſtimoniis
tuis i cõſpectu regũ ꝛ nõ
confundebar et meditabar
in mandatis tuis que dilexi
ibiđ nimis. ỽ. Beati immaculati i via
qui ambulant in lege domini. Oratio

Deus qui preſentem diẽ beate fidis virgĩs tue martyrio facis eſſe ſolẽnem: preſta eccleſie tue vt cuius meritis gloriať eius precibus adiuuetur. p. Epła. Dñe deus.
p̄ 46 In cõi. ſo. xii. Gradale. Specie tua et
pulchritudine tua: intende proſpere procede
ibiđ et regna. ỽſus. Propter veritatẽ
et manſuetudinem et iuſticiã ꝛ deducet
te mirabiliter dextera tua. Alleluya. ỽ.
Hec ẽ virgo ſapiens quam dñs vigilãtem
inuenit. Euãg. 1 Simile eſt regnum
celorũ theſauro abſcõ. in xl. fo. xiiii.
Offertoriũ. Offerẽtur regi virgines
poſt eã proxime ei⁹ offerẽtur tibi. Sec.

Suſcipe dñe preces et hoſtias meritis beate fidis virginis et martyris tue dicatas et concede: vt nobis eius ſint ſupplicatione ſalutares cuius ſunt veneratione ſolẽnes. Per dominum. Communio.

Simile ẽ regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna precioſa margarita dedit omnia ſua et cõparauit eam. Poſtcõio

Sacri altaris participatiõe refecti tuam dñe miam ſuppliciter exoramus vt qui hec in beate fidis virginis ꝛ martyris tue veneratione pcepimus: eius nos confoueri ſuffragiis ſentiamus. Per dñm.

Sanctorũ marci marcelli ꝛ apulei martyrum. Ad miſſam. Officiũ.

Salus autẽ iuſtorum a dño: p̄.36
et protector eorũ eſt in tpe
tribulatiõis. pſalm⁹. Noli ibiđ
emulari in malignantibus: neq3 zelaueris
facientes iniquitatem. Oratio

Sanctorꝫ martyrũ tuorꝫ marci marcelli et apulei nos domine q̄s beata merita proſequãtur et tuo ſemper faciant amore feruẽtes. Per do. Epła. Sancti per fidẽ.
in communi folio. vi. Graduale.
Iuſtorum anime i manu dei ſunt/ ꝛ nõ Sap
tanget illos tormentum malicie. ỽſus. 3.ca.
Viſi ſunt oculis inſipientium mori illi A
autem ſunt in pace. Alleluya. Verſus.
Mirabilis dominus noſter in ſanctis ibiđ
ſuis. Euangeliuꝫ. Cum audieritis.
in communi folio. vii. Offertoriũ.
Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur
in cubilibus ſuis: exultationes dei
in faucibus eorum. Secreta.

Maieſtatem tuã nobis domine queſumus hec hoſtia placatam reddat immolãda: tuorꝫ digna poſtulatione ſanctorũ in quorũ commemoꝛatiōe deſertur. per dominum.

Sap̄ ȝ.ca. A Lcō. Iuſtoꝝ aīe i manu dei ſūt ⁊ nō tāget illos toꝛmētū malicie viſi ſūt oc̄lis inſipiētiū moꝛi illi aūt ſūt i pace. Poſtc.

Sacramētis q̄s domine muniamur acceptis: ⁊ ſctoꝛū martyꝛū tuoꝝ marci marcelli et apulei meritis contra irruētes nequitias armis celeſtibus pꝛotegamur. per

¶ Sācti dyoniſij ſocioꝛumq; eius martyꝛum. Ad miſſam. Officium.

P̄s 78 Intret in cōſpectu tuo dn̄e gemitꝰ cōpeditoꝝ redde vicinis nr̄is ſeptupliū i ſinu eoꝝ: vindica ſanguinē ſctoꝝ tuoꝝ q̄ effuſꝰ eſt. P̄s. Deꝰ ibid̄. venerunt gentes i hereditatē tuā polluerūt templū ſanctum tuū: poſuerūt hieruſalē in pomoꝛū cuſtodiam. Oꝛatio.

Deus qui hodierna die beatū dyoniſiū virtute conſtantie i paſſione roboꝛaſti: q̄q; illi ad pꝛedicandum gētibus gloꝛiam tuā ruſticum ⁊ eleutheriū ſociare dignatus es: tribue nobis q̄ſumus ex eoꝛum imitatiōe pꝛo amoꝛe tuo pꝛoſpera mūdi deſpicere: et nulla eius aduerſa foꝛmidare. per dominū noſtrū. Lectio actuum apoſtoloꝛum.

7 c. D Paulus cum athenis ſylam et thimotheum expectaret incitabatur ſpiritus eius in ipſo vidēs ydolatrie deditam ciuitatem. Diſputabat ergo i ſynagoga cum iudeis et ydola colentibus: et in foꝛo per oēs dies/ ad eos qui audierunt Quidam autē epicurei ⁊ ſtoici philoſophi ⁊ dyoniſius diſſerebant cū eo: et quidā dicebant. Quid vult ſeminatoꝛ verboꝛū hic diſſerere? Alij vero. Nouoꝛum demonioꝛum videtur ānūciatoꝛ eſſe quia ieſum et reſurrectionē annūciabat eis. Et appꝛehēſū eū ad ariopagū duxerūt dicētes. E Poſſumꝰ ſcire q̄ eſt hec noua (q̄ a te dicit) doctrina. Noua ei q̄dā infers auribꝰ nr̄is: volumus ei ſcire quidnā velint hec eſſe. Athenienſes aūt oēs ⁊ aduene hoſpites/ cuꝫ dyoniſio ad nichil aliud vacabāt niſi aut dicere: aut aliq̄d audire noui Stās aūt paulꝰ i medio ariopagi/ ait. Viri athenienſes: ꝑ oīa quaſi ſuꝑſticioſos vos video. Pꝛeteriēs eni ⁊ vidēs ſimulachꝛa vr̄a: iueni et arā i qua ſcriptū erat. Ignoto deo. F Quod ergo ignoꝛātes colitꝭ: hoc ego ānūcio vobis. Deus q̄ fecit mūdū: ⁊ oīa q̄ i eo ſūt. Hic celi et t̄re cū ſit dn̄s: nō i manufactis tēplis hitat: nec manibꝰ hūanis colit/ indigēs aliquo Cū ipſe det oībꝰ vitā ⁊ iſpirationeꝫ et oīa. Fecitq; ex vno oē genus hoīm ihabitare ſuꝑ vniuerſaꝫ faciē t̄re: definiēs ſtatuta t̄pa: ⁊ terminos hitatōis q̄rere deū Si foꝛte attrectēt euꝫ aut iueniāt: quis nō lōge ſit ab vnoquoq; nr̄m. In ipſo ei viuimus ⁊ mouemur ⁊ ſumꝰ: ſicut q̄dā vr̄oꝛū poetarū dixerūt Ipiꝰ G ei ⁊ creatura: ⁊ genus ſumꝰ. Genꝰ ergo cū ſumus dei: nō debemꝰ eſtimare auro aut argēto: aut lapidi/ ſculpture artis et cōtagiōis hoīm diuinū eſſe ſimile. Et t̄pa q̄dē huiꝰ ignoꝛātie deſpiciēs deus nūc ānūciat hoībus: vt oēs vbiq; peītētiaꝫ agāt. Eo q̄ ſtatuit diē i qua iudicaturus eſt oꝛbē i eq̄tate i viro i quo ſtatuit/ fidē pꝛebēs oībus: ſuſcitās eū a moꝛtuis Cū audiſſēt aūt reſurrectionē moꝛtuoꝛū: quidā quidem irridebāt: quidā vero dixerunt. Audiemus te: de hoc iteꝝ. Sic paulus exiuit de medio eoꝛū. Quidam vero viri adherentes ei crediderūt: ex quibꝰ ⁊ dyoniſius ariopagita credidit: i dn̄m ieſum xp̄m. Gradale.

Glioſꝰ deꝰ i ſctis: mirabilis i maieſtate faciēs pꝛodigia. V. Dextra tua dn̄e gli-

ſicata ē ī v̄tute: dextra man⁹ tua ꝯfregit
p 67 īimicū. Allā. ꝟ. Iuſti epulent̄ ⁊ exultēt
ī cōſpectu dei: ⁊ delectētur ī leticia. Se
quēciā. Ecce pulchra. in cōi. fol. vij.
Euā. Deſcēdēs ieſ⁹ de mōte. i. xl. fo.
p. 31. vij. Offer. Letamini ī dn̄o et exultate
iuſti: ⁊ gl'iamini oēs recti corde. Secꝛ.

Offerēdoꝝ tibi muneꝝ de⁹ au
ctor ⁊ dator: pſta q̄s vt hoc ſa
crificiū ſignare qd̄ ſctis tuis ī paſ
ſiōe ꝯtulit caritatē: nobꝫ tribuat de
notiōis preſidiū. p. Cō. Multitudo
languētiū ꝗ vexabātur a ſpiritibus i
mundis veniebant ad eū: q2 virtus de
illo exibat ⁊ ſanabat omnes. Poſtcōio.

Sumpſim⁹ dn̄e votiua myſte
ria deprecātes clemētiā tuā
vt eoꝝ nobꝫ ſiāt dep̄catiōe ſaluta
ria: quoꝝ paſſiōis celebꝛam⁹ glo
ſa ſolēnia. p. ¶ Scti gereōis ſocio
rūꝗ eius martyꝝ. Ad miſſā. Officiū.

p 67. Iuſti epulētur et
exultēt in cōſpe
ctu dei ⁊ delectē
ibid. tur in leticia. Ps
Exurgat deus ⁊ diſ
ſipētur inimici eius
⁊ fugiāt ꝗ oderūt eū a facie eius. Oro.

Preſta q̄s dn̄e vt ſicut ſancto
rum martyꝝ tuoꝝ gereo
nis/victoris/nicaſij/florentij: ſo
cioꝝꝗ eoꝝ nos natalicia cele
brāda non deſerūt: ita iugiter ſuf
fragijs comitentur. per. Epla. Sā
cti per fidem. in cōi. fo. vi. Gradale
Sap. Iuſtoꝝ anime ī manu dei ſunt: ⁊ nō
3. ca. tanget illos tormentum malicie. ꝟſ.
A Viſi ſunt oculis inſipientium mori: il
ibid li autem ſunt ī pace. Alleluya. Verſus.
Reddet deus mercedem laboꝝ ſan
ctoꝝ ſuoꝝ: et deducet illos in via
mirabili. Euangelium. Cum audie
p 67 ritis. ī cōi. fo. vi. Offer. Mirabilis
deus ī ſanctis ſuis: deus iſrael ipſe da
bit virtutem et fortitudinem plebi ſue
benedictus deus alleluya. Secreta.

Munera plebis tue domine q̄
ſum⁹ beatoꝝ martyꝝ
tuoꝝ gereonis ſocioꝝꝗ eoꝝ
fiant tibi grata ſuffragijs: vt quo
rum triūphi tuo nomine proferun
tur: ipſoꝝ digni pficiantur et
meritis. per dominū. Communio.
Iuſtoꝝ aīe ī manu dei ſūt et nō tāget
illos tormētū malicie viſi ſūt oculis inſi
pietiū mori illi aūt ſūt ī pace. Poſtcōio.

Adeſto dn̄e populo tuo cū ſā
ctoꝝ tuoꝝ gereonis vi
ctoris/nicaſij/florētij ſocioꝝꝗ
eoꝝ patrocinio ſupplicanti: vt
quod propria fiducia nō preſumit:
ſuffragātium meritis cōſequatur.
per dominum. ¶ Sancti nicaſij ſo
cioꝝꝗ eius martyꝝ. Officiū.

Sacerdotes eius in p 131
duāt ſalutare ⁊ ſā
cti eius exultatiōe
exultabūt. Ps. Me ibid
mēto domine dauid:
et omnis manſuetu
dinis eius. Oratio.

Deus qui ſanctā nobis huius
diei ſolēnitatē in honore ſā
ctoꝝ tuoꝝ martyꝝ nicaſij/quiri
ni/et ſcuuiculi cōſecraſti: adeſto fa
milie tue precibus ⁊ dona: vt quo
rum feſta celebramus eoꝝ meri
to et auxilio ſubleuemur. p. Epla.
Rememoramini. in cōi fo. vi. Gr.
Sacerdotes eius induāt ſalutare ⁊ ſā
cti eius exultatiōe exultabūt. ꝟ. Illuc p. 131
producā cornu dauid paraui lucernā
xp̄o meo. Allā. ꝟ. Fulgebūt iuſti ⁊ tāq̄
ſcītille ī arūdineto diſcurrēt in eternū.
Euā. Cū perſequētur vos. i. xl. fol.
vij. Offer. Exultabunt ſancti in gloria p 149
letabuntur in cubilibus ſuis exultatio
nes dei in faucibus eoꝝ. Secreta.

Preces domine tuoꝝ reſpi
ce oblationeſꝗ fideliū: vt et
tibi grate ſint pro tuoꝝ honore ſā
ctoꝝ nicaſij/quirini/et ſcuuiculi

et nobis ꝯferāt tue ꝓpiciatiōis auxiliuʒ. p dñm. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus veſter maneat. Poſtcōmūio.

Sanctoꝝ martyrū tuoꝝ dñe nicaſij/quirini/et ſcuuiculi interceſſiōe placat⁹: preſta q̄s: vt que temporali celebramus actiōe: perpetua ſaluatione capiamus. Per.

¶ In tranſlatione ſancti edwardi regis et confeſſoris. Officium

ecce
hor.

Gaudeamus omnes in dño diem feſtuʒ celebrātes ſub honore edwardi confeſſoꝛꝫ de cui⁹ trāſlatione gaudēt angeli et collaudant filium dei. ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui beatū regē edwardū cōfeſſorē tuū eternitatis glia coronaſti fac nos q̄s ita eū venerari in terris: vt cum eo regnare poſſimus i celis. p. Epla. Juſt⁹ cor ſuū. in cōi. fo. xi. Gr. Dñe preueniſti eū i bñdictionib⁹ dulcedinis poſuiſti in capite ei⁹ coronā de lapide precioſo. v. Vitā petiit et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Allā. v⁹. Juſtus germinabit ſicut lilium: et florebit in eternum ante dominū. Seq̄. Adeſt nobis. i cōi. fol. x. Euāge. Nemo accendit. in cōmuni. folio. xi. Credo. Offer. Poſuiſti domine ſup caput eius coronam de lapide precioſo: vitam petiit et tribuiſti ei alleluya. Secreta.

Sacris altarib⁹ aſſiſtētes nos dñe queſumus ſpūs ſancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus: nobis ipſo īteruenīēte fiat remediū ſalutare. Per dñm. i vnita. Cōio. Magna ē gloria eius in ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcōio.

Vitalis alimonie cōuiuio ſaginati q̄ſumus domine deus noſter: vt bti regis edwardi cōfeſſoris tui ſuffragantibus meritis celeſtis cōuiuij mereamur eſſe participes. p dñm. Vel dicuntur ad miſſam de ſancto edwardo i trāſlatione eiuſdem he tres oratiōes. Oratio.

Omñps ſempiterne deus: q̄ beatum regem edwardū ſanctorum collegio ſociaſti concede ꝓpicius: vt qui glorioſe tranſlatiōis ei⁹ recolimus inſignia: ipſius apud te ſentiamus patrocinia. p d. Secre.

Quos beati regꝫ edwardi trāſlatio ſancta letificat tua nos domine gratia reddat letiores ⁊ tribuat in hoc ſacrificio preſentie tue dulcedinem toto corde ſentire. Qui viuis et regnas. Poſtcommunio.

Ut nobis ſalutem conferāt ſacramenta q̄ ſumpſim⁹ vt btiſſimus rex edwardus confeſſor tuus dñe pro nobis interceſſor exiſtat: de cuius venerāda trāſlatiōe tribuis nos ānua deuotione letari. p dñm.

¶ Sancti calixti pape ⁊ mar. offm.

Sacerdotes dei bñdicite dominum: ſancti et humiles dan.
corde laudate deum. p̄. Bñ 3. ca.
F
dicite omnia opera dñi domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Oro. ibid.

Deus qui nos conſpicis ex noſtra īfirmitate deficere: ad amorem tuum nos miſericorditer per ſancti calixti martiris tui atq; pontificis exēpla reſtaura. p dñz. Epla. Doctrinis va. in cōi. fo. v. Gradu. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachiū meum confortabit eum. p̄. 88 v⁹. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniq̄tatis nō nocebit eum. Allā. v⁹. Elegit te dominus ſibi i ſacerdotē magnum in populo ſuo. Euā. Vigilate q2 ne. in cōi. fo. x. Offerto.

Veritas mea et mīa mea cum ipſo et in noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secr.

Myſtica nobis dñe proſit oblatio que per ſctī calixti meritū nos ⁊ a reatib⁹ nr̄is expediat: et ꝑpetua ſaluatiōe ꝯfirmet. p. Cōio. Beatus ſeruus quem cum venerit dñs īuenerit vigilātem: amē dico vobis ſuper oīa bona ſua conſtituet eū. P⁹cōio

Preſta dñe queſumus vt cui⁹ paſſionis memoriā ſacramēti participatione recolimus: fidem proficiendo ſectemur. p. ¶ Sancti vulfrāni epi ⁊ confeſſoris. Officiū.

eccli 45 c. D Statuit ei domin⁹ teſtamētum pacis et principem fecit euz vt ſit illi ſacerdotii dignitas in eternum. Ps. Miſericordias domini in eternum cantabo. Or.

Da q̄s oīps de⁹ vt btī vulfrāni cōfeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat et ſalutē. p do. Epla.

p .20 Ecce ſacer. ingl. f. ix. Gradale. Dñe preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Vſus. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinem dierū ī ſeculū ſeculi. Allā. V⁹ Iuſtus germinabit ſicut lilium et florebit in eternum ante dñm. Seq̄. de cōi. Adeſt. vel Alma. in cōi. fo. x. Euāg. Hō quidā pegre. in cōi. folio x. Offertorium. Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Reſpice q̄s dñe munera populi tui in ſancti vulfrāni ꝯfeſſoris tui atq; pōtificis honore oblata ⁊ tue teſtificatio veritatis nobis ꝓficiat ad ſalutē. p dñm. Cōmunio. Btus ſeruus quem cū venerit dñs īuenerit vigilantem: amen dico vobis ſup oīa bona ſua conſtituet eum. Poſtcōio

Quos tuis dñe refic; ſacramētis ſancti vulfranni confeſſoris tui atq; pontificis attolle benignus ſuffragiis: vt noſtre redēptionis effectum ⁊ miſteriis capiamus ⁊ moribus. p dominum. ¶ Sancti michaelis in mōte tumba. Officiū.

Benedicite dominū oēs angeli ei⁹ potētes virtute q̄ facitis verbū eius ad audiendam vocē ſermonū ei⁹. Ps. Benedic aīa mea dño: et oīa que intra me ſūt nomini ſancto ei⁹. Kyrie rex ſplēdēs. Et dicitur abſq; verſibus. Oratio.

Deus qui miro ordīe angelorum miniſteria hominumq; diſpenſas: cōcede propicius vt quibus tibi miniſtrātibus in celo ſemper aſſiſtitur ab his ī terra vita noſtra muniatur. p dñm. Lectio libri apocalipſis beati iohānis apoſtol.

Factū eſt ꝓliū magnū in celo. 12. c. B Michael ⁊ āgeli ei⁹: ꝓliabātur cū dracone. Et draco pugnabat ⁊ angeli eius/ et nō ꝓualuerūt neq; locus inuentus eſt eorū āplius in celo. Et proiectus eſt draco ille magn⁹ ſerpens ātiqu⁹ q̄ vocat dyabol⁹ ⁊ ſathanas: q̄ ſeducit vniuerſuz orbē. Et ꝓiect⁹ eſt ī terrā: ⁊ āgeli ei⁹ cū illo miſſi ſūt. C Et audiui vocē magnā ī celo: dicētē. Nūc facta eſt ſalus ⁊ virt⁹ ⁊ regnū dei noſtri/ et ptās xp̄i eius: qꝛ proiectus eſt accuſator fratrū nr̄orū qui accuſabat illos ante cōſpectum dei nr̄i/ die ac nocte. Et ipſi vicerunt illū propter ſanguinē agni: ⁊ ꝓpter verbū teſtimonii ſui. Et nō dilexerūt aīas ſuas: vſq; ad mortē. Propterea letamini celi: ⁊ q̄ habitatis in eis. Gr. Benedicite dominum omēs angeli ei⁹ potentes virtute q̄ facitis verbum ei⁹. Vſus. Bñdic aīma mea dño: et oīa interiora mea nomen ſanctū eius. Allā. V⁹ Concuſſum ē mare et cōtremuit terra vbi archangelus michael deſcendebat de celo. Nō dicit ſeq̄. Euāge. Acceſſerunt diſcipuli. vt ſ. in alio feſto.

Credo. Offer. Stetit ãgelus iuxta arã tẽpli habẽs thuribulũ aureũ in manu ſua et data ſunt ei icẽſa multa ⁊ aſcẽdit fumꝰ aromatũ i ꝯſpectu dei allã. Sec.

Munus populi tui q̃s domine dignãter aſſume: qđ tibi nõ noſtris meritis: ſed archangeli tui michaelis oĩmq; beatorũ ſpirituũ deprecatione ſit gratum. Per dñm Prefatio quoti. Cōio. Bñdicite oẽs angeli dñi dño: hymnum dicite ⁊ ſuper exaltate eum in ſecula. Poſtcõmunio.

Beati archangeli tui michaelis interuentione ſuffulti ſupplices te dñe deprecamur: vt quos honore proſequimur: contingamꝰ et mente. Per. Sancte etheldrede virginis non martyris. Officiũ.

p44 Dilexiſti iuſticiã et
odiſti iniq̃tatẽ: ꝓpte
rea vnxit te deus de
us tuus oleo leticie
pre ꝯſortibus tuis.
ibid. Ps. Eructauit cor me
um verbum bonum:
dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus auctor virtutis ⁊ amator virginitatis: da nobis queſumus ſancte etheldrede virginis tue placitꝫ tibi meritis cõmẽdari/ cuius vita merito caſtitatis tibi cõplacuit. P.
Epla. Qui gl̃at in cõi. fo. xliij. Gr.
p44 Dilexiſti iuſticiã ⁊ odiſti iniq̃tatẽ. Ꝟ.
Propterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo
ibid. leticie. Allã. Ꝟ. Diffuſa ẽ gratia i labiis
tuis propterea bñdixit te deꝰ i eternuꝫ.
Euã. Simile eſt re. ce. decẽ. i cõi. fo.
p44 xliij. Offer. Offerẽtur regi virgĩes poſt
eã, proxime eius offerẽtur tibi. Secreta.

Offerimus tibi domine preces ⁊ munera in honore ſancte etheldrede virginis tue gaudentes: preſta queſumus: vt et conuenienter hec agere/ et remediũ ſempiternum valeamus acquirere. Per do.

Cōio. Diffuſa ẽ grã i labiis tuis ꝓpte p44
rea bñdixit te deꝰ i eternũ. Poſtcōio.

Proſint nobis dñe q̃s ſumpta myſteria pariterq; nos intercedente beata virgine tua etheldreda: ⁊ a pctis eruãt: ⁊ preſidiis tue propitiationis attollãt. per dñm.

Sancti luce euãgeliſte. Officiũ.

Os iuſti meditabi p.36
tur ſapiẽtiã ⁊ lin
gua eiꝰ loquetur
iudicium: lex dei
eius i corde ipſiꝰ.
Pſalmꝰ. Noli emu ibid
lari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Interueniat pro nobis domine queſumus ſanctus lucas euangeliſta qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. per.

Memoria de ſancto iuſto. Oratio.

Deus qui beato iuſto talẽ fortitudinẽ tribuiſti vt in puerili corpuſculo glorioſum pro tuo amore ſubiret martyrium concede propicius: vt ipſius intercedentibus meritis: ab omnibꝰ nos abſoluas pctis. Per. Epla. Similitudo vultus. i cõi. fol. ij. Gr. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã et lingua eiꝰ loquetᷣ iudiciũ. Ꝟ. Lex dei eius in corde ipſius et nõ ſupplãtabũtur greſſꝰ eius. Allã. Ꝟ. Primꝰ ad ſyõ dicet ecce adſũ: ⁊ hieruſalẽ euãgeliſtã dabo. Seq. Laus deuota. in cõmuni fol. iij. Euãg. Deſignauit dñs. in cõi. fol. iij. Credo. Offertoriũ. Poſuiſti domine in capite eius coronã de lapide precioſo: vitã petiit a te et tribuiſti ei allã. Secreta.

Donis celeſtibꝰ da nobis queſumus domine libera mente ſeruire: vt munera que deferimus interueniẽte btõ luca euãgeliſta ⁊ medicinã nobis operẽtur et gloriã per dñm. Alia ſecreta de ſctõ iuſto.

Sicut diuine potētie gloriam munera pro beati iuſti martirio oblata teſtantur: ſic nobis effectum dñe q̄s tue ſaluationis impēdant. Per. Prefatio. Et te dñe. Non dr̄ in hac pſa. Per beatos euangeliſtas. Seu Per beatos apoſtolos. Cōmunio. Magna ē gloria eius in ſalutari tuo: gloriā et magnum decorem īpones ſuper eū domine. Poſtcōmunio

Preſta q̄s omīps deus vt id qd̄ de ſancto altari tuo percepimus: precibus beati euāgeliſte tui luce ſaluificet animas nr̄as ꝑ quod ſemper tuti eſſe poſſimꝰ. Per dñm. Iſta poſtcōmunio de ſancto iuſto.

Refecti domīe bñdictiōe celeſti q̄s vt per itercesſionē beati iuſti martyris tui medicīa ſacramēti et corporibꝰ nr̄is ꝓſit ⁊ mētibus. ꝑ d. ¶ Sctē fredeſwide virginis non martyris. Ad miſſam. offiū.

p̄44 Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis. Pſalmus. Eructauit cor meum ibid. verbū bonū dico ego oꝑa mea regi. Or.

Omnipotens ſempiterne deus auctor virtutis ⁊ amator virginitatis da nobis q̄s ſancte fredeſwide virginis tue placitis tibi meritis commendari: cuius vita merito caſtitatis tibi cōplacuit. Per. Epl'a. Qui gloriatur. in cōi. fo. xiiij. Gradale. Dilexiſti iuſticiam et odiſti p̄44 iniquitatem. Vſus. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Allā. Vſus. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: ꝓpte ibid rea benedixit te deus in eternum. Euāgelium. Simile eſt regnum celoꝝ decem. in communi. folio. iiij. offertorium. Offerētur regi virgines poſt eā proxime eius offerentur tibi. Secr.

Offerimus tibi domine preces ⁊ munera ī honore ſancte fredeſwide virginis tue gaudētes p̄ſta q̄s: vt ⁊ cōuenienter hec agere/ et remediū ſempiternū valeamꝰ acquirere. Per. Cōmunio. Diffuſa eſt p̄44 gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Poſtcōmunio

Proſint nobis domine q̄s ſūpta myſteria pariter ⁊ nos ītercedente beata virgine tua fredeſwida: et a peccatis exuant: ⁊ preſidiis tue propiciationis attollant. ꝑ dominū. ¶ Sanctorum vndecim milium virginum martyꝝ. Offiū.

Vultū tuū deꝓcabūtur p̄44 oēs diuites plebis/ adducētur regi virgīes poſt eā ꝓxime eiꝰ adducētur tibi in leticia et exultatione. p̄. Eructauit cor meū verbū ibid bonū dico ego opera mea regi. Oratio

mine meo dicẽtes ego ſũ chriſtus ⁊
multos ſeducẽt. Audituri eñi eſtis
prelia: ⁊ opiniones p̄lioꝝ. Videte/
ne turbemini. Oportet eñi hec fie
ri: ſz nõdũ eſt finis. Cõſurget enim
gẽs cõtra gentẽ: et regnũ i regnũ/
et erunt peſtilentie ⁊ fames ⁊ terre
motus per loca. Hec autem oĩa: ini
tia ſunt dolorũ. Tũc tradẽt vos in
tribulationem et occident vos: et
eritis odio oĩb⁹ gentib⁹ propter no
men meum. Et tũc ſcãdalizabũtur
multi et inuicem tradent/ et odio
habebũt iuicem. Et multi pſeudo
propheteſurgẽt: ⁊ ſeducẽt multos
Et qm̃ abundabit iniquitas: refri
geſcet caritas multorum. Qui au
tem perſeuerauerit vſq; in finem/
hic ſaluus erit. Secundum lucam.
11.c. In illo tp̃e: Dicebat ieſus tur
G bis iudeoꝝ: ⁊ p̄ricipib⁹ ſacer
dotũ. Ve vobis q̇ edificatis monu
mẽta ꝓphetaꝝ: p̃res aũt veſtri occi
derũt illos. Profecto teſtificamini
ꝙ cõſẽtitis operib⁹ patrũ veſtroꝝ

Quĩ quidẽ ipſi eos occiderunt: vos
aũt edificatis eoꝝ ſepulchra. Pro
ptea ⁊ ſapiẽtia dei: dixit. Mittã ad
ad illos ꝓphetas ⁊ apl̃os: ⁊ ex illis
occidẽt ⁊ ꝑſequẽtur/ vt iquirat᷑ ſã
guis oĩz ꝓphetaꝝ q̇ effuſ⁹ eſt a con
ſtitutiõe mũdi/ a generatione iſta
a ſãguine abel vſq; ad ſãguinẽ za
charie q̇ periit iter altare ⁊ edẽ. Ita
dico vobis requiretur ab hac gñra
tione. Ve vobis legiſperitis q̇ tuli
ſtis clauẽ ſciẽtie: ꝙ ſi nõ itroiſtis ⁊
eos qui introibãt ꝓhibuiſtis. Cum
autem hec ad illos diceret ceperũt
pharisei ⁊ legiſperiti grauiter inſi
ſtere/ ⁊ os eius opprimere de mul
tis inſidiãtes ei. Et querentes ali
quid capere de ore eius: vt accuſa
rent eum. Secundum marcum.
In illo tp̃e: Egrediẽte ieſu de 13.c.
tẽplo: ait illi vn⁹ ex diſcipu A
lis ſuis. Magiſter/ aſpice quales la
pides: ⁊ quales ſtructure. Et reſpõ
dens ieſus: ait illi. Vides has oẽs
magnas: edificationes. Nõ relin
quetur lapis ſup lapidẽ: qui nõ de
ſtruatur. Et cũ ſederet i monte oli
uarum contra tẽplũ: iterrogabãt
eũ ſeparatim petrus ⁊ iacob⁹ et io
hannes ⁊ andreas. Dic nobis quã
do iſta fient: et qđ ſignum erit quã
do hec omnia icipient ɔſummari?
Et reſpõdens ieſus: cepit dicere il
lis. Diuiſio. Videte: ne q̇s vos ſedu
cat. Multi enim venient i nomine
meo dicentes quia ego ſum: et mul
tos ſeducent. Cum autem audieri
tis bella ⁊ opiniones bellorũ: ne ti
mueritis. Oportet eni hec fieri: ſed
nondũ finis. Exurget eni gens cõ
tra gentẽ: et regnũ ſup regnum/ et
erunt terremot⁹ per loca ⁊ fames.
Initium doloꝝ hec. Videte autem
vosmetipſos. Tradent enim vos i B
conſilijs: et in ſynagogis vapula
bitis: et ante p̄ſides ⁊ reges ſtabit;

propꝫ me ī teſtimoniū illis. Et ī oēs gētes: p̄mū oportet p̄dicari euāgeliū. Et cū duxerit vos tradētes: nolite p̄cogitare qđ loquamini/ ſꝫ qđ datū vobis fuerit in illa hora id loquamini. Nō eni vos eſtis loquentes: ſꝫ ſpūſſanct⁹. Tradet aūt frater fratrē ī mortē: ⁊ pater filiū. Et cōſurgēt filij ī parētes: ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio oīb⁹ propꝫ nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finē: hic ſaluus erit. Euangelium. Videte ne quis vos. Require in medio euāgeliȷ immediate p̄cedentis. ¶ Secundum matheum

10.c. D IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari: qꝛ veneri mittere pacē ī terrā. Nō veni pacē mittere: ſꝫ gladiū. Veni eī ſeparare hominē aduerſ⁹ patrē ſuum: ⁊ filiā aduerſ⁹ matrē ſuā/ ⁊ nurū aduerſ⁹ ſocrū ſuā/ ⁊ īimici hoīs domeſtici ei⁹. Qui amat patrē aut matrē pluſq̄ me: nō eſt me dignus. Et qui amat filiū aut filiā ſup me: nō eſt me dign⁹. Et q̇ nō accipit crucē ſuam et ſequitur me: non eſt me dign⁹. Qui inuenit aīam ſuā: ꝑdet eā. Et q̇ ꝑdiderit aīam ſuā propter me: inueniet eam. Qui recipit vos me recepit. Et qui me ricipit: recipit eū qui me miſit. Qui recipit ꝓphetā in nomine prophete: mercedē ꝓphete accipiet. Et q̇ recipit iuſtum ī noīe iuſti: mercedē iuſti accipiet. Et q̇cunq̧ potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aque frigide tātum ī noīe diſcipuli: amē dico vobis: nō ꝑdet mercedē ſuā. Euāg. Ecce ego mitto vos. vt̄s ī ꝯl vnius apl̄i. folio. ij. Secundum matheū.

24.c. A IN illo tp̄e: Egreſſus ieſus de tēplo ibat. Et acceſſerūt diſcipuli eius: vt oſtēderēt ei edificationē tēpli. Ipſe aūt reſpondēs: dixit illis. Videtis hec oīa. Amē dico vobis nō relinq̄tur hic lapis ſup lapidē/ q̇ nō deſtruatur. Sedēte aūt eo ſup mōtē oliueti: acceſſerūt ad eū diſcipuli ei⁹ ſecreto dicētes. Dic nobis qñ hec erūt: ⁊ qđ ſignū aduētus tui ⁊ cōſūmatiōis ſcli? Et r̄ndēs ieſus: dixit eis. Videte: ne q̇s vos ſeducat. Multi eni venient ī noīe meo dicētes ego ſū xp̄s: et multos ſeducēt. Audituri eni eſtis prelia: ⁊ opiniones prelioꝝ. Videte: ne turbemini. Oportet enim hec fieri: ſed non dū eſt finis. Cōſurget enim gēs cōtra gētē: ⁊ regnū ī regnū/ ⁊ erūt peſtilentie et fames ⁊ terremot⁹ ꝑ loca. Hec autem oīa: initia ſūt doloꝝ. Tūc tradēt vos ī tribulationē ⁊ occident vos: et eritis odio omnibus gentib⁹ propter nomē meū. Et tūc ſcādalizabūtur multi: et īuicē tradēt ⁊ odio habebūt īuicē. Et multi pſeudo ꝓphete ſurgēt/ et ſeducent multos. Et qm̄ abūdauit īiquitas refrigeſcet caritas multorum. Qui aūt ꝑſeuerauerit vſq̧ ī finē: hic ſaluus erit. In tp̄e paſc. Euang. Ego ſum vitis vos pal. vt̄s. fol. i. Offm̄. Mirabilis de⁹ ī ſctis ſuis deus iſrael ipſe dabit virtutem et fortitudinem plebi ſue benedictus deus alleluya. Et finiatur cū allā. quandocūq̧ dicitur Offm̄. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu domine benedices iuſto: domine vt ſcuto bone volūtatiſ tue coronaſti nos. Offm̄. Letamini in domino et exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. In tempore paſchali allā. Offm̄. Exultabūt p̄. 78 ſancti in gloria letabuntur in cubilib⁹ ſuis: exultationes dei in faucib⁹ eorū. In tp̄e paſc. allā allā. Offm̄. Aīa noſtra p̄ 132 ſicut paſſer erepta ē de laqueo venantiū: laqueus cōtritus ē et nos liberati ſumus. Offm̄. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in eccleſia ſanctorum alleluya allā.

Plurimorū martyrū. Secreta.
SUſcipe q̃s dñe munera popu
li tui p martyrū tuorꝝ feſtiui
tate ſctõꝝ: et ſyncero nos corde fac
eorum natalicijs intereſſe. per do
minum nr̃m ieſū xp̃m. Alia ſecreta
SAnctorꝝ martirꝝ tuorꝝ atqꝫ pō
tificū. N. et N. glorioſa merita
venerātes hec dñe munera tue maie
ſtati offerim⁹ obſecrātes vt illis re
uerētiā exhibēdo nob̄ veniā īpetre
ii.c. m⁹. p. Cõ. Gaudete iuſti i dño allã: re
ctos decet collaudatio al. Et dr allã. qñ
B vr. Cõ. Multitudo lāguētiū ꝛ q̃ vexa
bāt a ſpiritib⁹ imūdis veniebāt ad eū
qꝛ virt⁹ de illo exibat ꝛ ſanabat omnes
ꝑ78 In tp̃e paſch. allã al. Cõ. Poſuerūt
mortalia ſeruorū tuorꝝ dñe eſcas vola
tilibus celi/carnes ſctõrū tuorū beſtiis
terre: ſcdm magnitudinem brachii tui
Sap poſſide filios morti punitorꝝ. Cõ. Iuſto
3.ca. rū aīe i manu dei ſunt et nō tāget illos
A tormētū malicie: viſi ſūt oculis inſipien
tiū mori/illi aūt ſunt in pace. In tēpe
paſc. allã allã. Cõ. Ego vos elegi de
mūdo vt eatis ꝛ fructū afferatis ꝛ fru
ctus vr̃ maneat. In tēpore paſ allã
allã. Cõ. Et ſi corā hoībus tormenta
paſſi ſūt: deus tētauit eos/ꝛ quaſi olo
cauſta accepit illos. Cõio Anima nr̃a
ſicut paſſer erepta ē: de laqueo venan
tium. Cõio. Ego ſum vitis vera ꝛ vos
palmites: qui manet in me et ego i eo:
hic fert fructū multū: alleluya alleluya
¶ Plurimorū martyrū. poſtcõio.
SAcramētorū tuorꝝ dñe parti
cipatiōe letātes/ſuppliciter
exoramus/vt quorum merita cele
brare ꝯdonas: eorū nos facias imi
tari conſtantiā. per. Alia poſtcõio
DEus q̃ nos ſacramēti tui ve
nerāda perceptiōe purificas
da nobis q̃s patrocinia tuorū cōti
nuata ſctõrū: qb⁹ capere valeam⁹
ſalutaris myſterij portionē. per d.
¶ In natali vni⁹ cõfeſſoris. offīm.

STatuit ei dñs teſta eccli
mētū pacis ꝛ prin 45.c
cipē fecit eū/vt ſit il D
li ſacerdotij digni
tas ī eternū. In tp̃e
paſ. allã al. ꝑ. Mias
dñi: ī eternū cātabo.
¶ Sequitur aliud officiū
SAcerdotes tui dñe induāt ꝑ.131
iuſticiā/ꝛ ſcti tui exultēt:
ꝓpter dauid ſeruū tuū nō auertas
faciē xp̄i tui. In tp̃e paſc. allã. ꝑs.
Memēto dñe dauid: ꝛ oīs mãſuetudīs ibid.
eius. ¶ Aliud officium.
SAcerdotes dei bñdicite do dan.
minū: ſācti ꝛ humiles corde 3.ca.
laudate deū. In tp̃e paſ. all. allã. ꝑ.
Bñdicite oīa opa dñi dño: laudate ꝛ ſu ibid.
perexaltate eum in ſecula. Oratio.
OMñs ſempitne de⁹ q̃ nos bti
N. ꝯfeſſoris tui atqꝫ pōtificis
hodierna feſtiuitate letificas tuā
ſupplices exoram⁹ clemētiā/vt cu
ius ſolēnia deuotis officijs venera
mur: ei⁹ pijs ſuffragijs etne vite re
media ꝯſequamur. per d. Alia orō.
DA q̃s omñs deus: vt beati N.
cõfeſſoris tui atqꝫ pōtificis
veneranda ſolēnitas: ꝛ deuotionē
nobis augeat ꝛ ſalutem. per dñm.
Lectio libri ſapientie. Eccliaſtici.
ECce ſacerdos magnus qui in ꝑ44
diebus ſuis placuit deo: ꝛ in
uentus eſt iuſtus. Et in tp̃e iracun
die factus eſt reconſiliatio. Nō eſt D
inuentus ſimilis illi: qui conſerua
ret legē excelſi. Ideo iureiurando
fecit illū dñs creſcere in plebem ſu
am. Benedictionem oīm gentium
dedit illi: ꝛ teſtamētum ſuum cōfir
mauit ſuper caput eius. Cognouit
eum in bñdictionibus ſuis: ꝯſerua
uit illi mīam ſuam/ꝛ iuenit grãm
coram oculis domini. Magnifica
uit eum in conſpectu regum: ꝛ de
dit illi coronam glorie. Statuit il

ſi teſtamentum ſempiternū: et dedit illi ſacerdotiū magnum/ ⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi ſacerdotio/ et habere laudem in nomine ipſius. Et offerre illi incenſū dignum/ in odorem ſuauitatis.

¶ Hec ſequens epiſtola legatur tantum in vtroq; feſto beati edmūdi archiepyſcopi et confeſſoris.

Lectio libri ſapientie. Eccliaſtici.

ħ.50. A Ecce ſacerdos magnus qui in vita ſua curauit gētē ſuā/ et liberauit eā a ꝑditione. Qui ſuſtulit domū: ⁊ in dieb⁹ ſuis corroborauit tēplū. Qui preualuit ampliſicare ciuitatē: q adept⁹ eſt gl'iam in conuerſationē gētis. Quaſi ſtella matutina i medio nebule: et quaſi luna plena i dieb⁹ ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgēs: ſic ille effulſit i templo dei. Quaſi arc⁹ refulgens inter nebulas glie/ ⁊ quaſi flos roſarū i dieb⁹ vernis. Quaſi lilia q̄ ſunt in trāſitu aque: ⁊ quaſi thus redolēs i medio eſtatꝫ. Quaſi ignis effulgēs ⁊ thus ardēs i igne: ⁊ quaſi vas auri ſolidū ornatū oī lapide precioſo. Quaſi oliua pullulās ⁊ cypreſſus in altitudinē ſe extollēs: i accipiendo ipſū ſtolā glie ⁊ veſtiri eū cōſumma-
B tionē vtutis. In aſcēſu altarꝫ ſcti: gliaꝫ dedit ſctitatis amictū. In accipiēdo autē partes de manu ſacerdotū: ⁊ ipſe ſtās iuxta arā porrexit manū ſuā in libationem et libauit odorem diuinū excelſo ꝑncipi. Et iterauit orationem ſuā volēs oſtēdere virtutem dei/ qui fecit nobiſcū ſcdm ſuam miam. Ut det nobis iocunditatem cordis: ⁊ fieri pacē in diebus nřis in iſrael: per dies ſempiternos. Lectio libri ſapientie.

50.C. B Iuſtū deduxit dñs per vias rectas: ⁊ oſtēdit illi regnū dei. Et dedit illi ſciētiā ſctōꝝ: honeſtauit illū i laboribus: ⁊ cōpleuit labores illi⁹. In fraude circūueniētiū illū affuit: ⁊ honeſtū fecit illū. Cuſto-
C diuit illū ab inimicis: ⁊ a ſeductoribus tutauit illū: ⁊ certamē forte dedit illi vt vinceret: ⁊ ſciret qm̄ oīm potētior eſt ſapiētia. Hec vēditū iuſtū nō dereliq̄t: ſꝫ a pctōrib⁹ liberauit eū. Deſcenditq; cū illo i foueā/ ⁊ i vinculis nō dereliq̄t illū: donec afferret illi ſeptrum regni ⁊ potentiā aduerſus eos q̄ eū depmebant. Et mendaces oſtēdit qui maculauerūt illū: ⁊ dedit illi claritatē eternā dñs deus nř. Lectō li. ſapiētie. eccli.

45c A Dilect⁹ deo ⁊ hoīb⁹ cui⁹ memoria i bñdictiōe ē. Similē fecit illū i glia ſctōꝝ: ⁊ magnificauit eū in tīore inimicoꝝ: ⁊ i vbis ſuis monſtra placauit. Glificauit eū in conſpectu regū: ⁊ vnxit illū corā pplo ſuo: et oſtēdit illi gloriā ſuā. In fide ⁊ lenitate ipſi⁹ ſctm̄ fecit illū: ⁊ elegit eū ex oī carne. Audiuit enī vocē ipſius: et induxit illū in nube. Et dedit illi coꝛ ad ꝑcepta: ⁊ legem vite ⁊ diſcipline. Grad. Ecce ſacerdos magnus: q in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non ē inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legē excelſi. Gradale. Iurauit dominus ⁊ nō penitebit eum: tu es ſacerdos i eternū: ſcdm ordinem melchiſedech. ℣. Dixit dñs domino meo: ſede a dextris meis. Gradale. Inueni ħ.8
dauid ſeruum meum/ oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei/ et brachium meum confortabit eū. ℣. Nichil ꝑficiet inimicus in eo: ⁊ fi- ħ.1
lius iniq̄tatis nō nocebit eū. Gradale. Dñe preueniſti eum in benedictionib⁹ ibid
dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. ℣. Uitam petiit et tribuiſti ei: longitudinem dierū in ſeculum ſeculi. Allā. ℣. Iuſt⁹ germinabit ſicut lilium: et florebit in eternū ante dominū. Allā. ℣. Amauit eum dominus ⁊ ornauit eū: ſtola glie induit eū.

Alleluya. verſus. Diſpoſui teſtamen⸗
tum electis meis: iuraui dauid ſeruo
meo. Alleluya. V̄ſus. Elegit te domin⁹
ſibi in ſacerdotem magnum in populo
ps.88 ſuo. Allā. V̄ſus. Inueni dauid ſeruum
meum oleo ſancto meo vnxi eum. allā.
V̄ſus. Poſui adiutoꝛiū ſuper potētē et
exaltaui electū de plebe mea. Tractus

ps.111 BEatus vir qui timet dominum:
in mandatis eius cupit nimis. ℣.
Potēs in terra erit ſemen eius: gñatio
rectoꝛū benedicetur. V̄ſus. Gloꝛia ⁊ di
uitie in domo eius: et iuſticia eius ma⸗
net in ſeculum ſeculi. Sequentia.

ADeſt nobis dies alma ⁊ ma⸗
gno gaudio plena In qua ſā
cta deo grata congaudet eccleſia.
Hodie celeſtis letatur turma q̄ glo
riaꝫ cātat i excelſis voce dulciſſona
cū ſymphonia. Hodie poloꝛū ſctā
agmina collaudant regem deū no⸗
ſtrum natū ex virgine ſancta ma⸗
ria. Aue inclite preſul xp̄i. vl' ꝯfeſſoꝛ.
℟. Flos pulcherrime. Tu veſtigia
chriſti ſecut⁹ es fide deuota. Eter⸗
ni regis adept⁹ es regna. Iam gra
tularis in domo ſupa poſſidens ſe⸗
des almas. Quē poſtulamus et po⸗
ſcim⁹ vna. Adiuuēt tua ſancta ſuf⸗
fragia fragilē vitam noſtram. O
beate. O ſancte. ℟. Laus tibi i glo
ria. O beate. O ſancte. ℟. Pꝛo no⸗
bis ſupplica. Ut vna mereamur ſā
cta celoꝛum templa. Poſſidere leti
cernētes alma gaudia q̄ ſūt plena.
Sit deo laus honoꝛq; et iubilatio
caſta. Qui regnat omnia ſeculoꝛū
ſecula. Amen dicant oīa. Sequētia

ALma cohoꝛs vna laudū ſo⸗
noꝛa nūc ꝓme pconia. Qui⸗
bus cui ſignis rutilat. ℟. Ut luna/
ſolq;/ſydera. Meritoꝛū eſt mirifica
radiās idē ſacra pꝛogatiua. Hunc
dā ſophie myſtica oꝛnauerunt mire
dogmata/ qua fulſit nitida inculē⸗
ter p āpla oꝛbis climata Verbi nec
nō fructifera ſeuit diuini ſcīa men⸗
tiū p arua pollēdo quoq; cūcta no⸗
ctis nebula. Hic ſamina fundēs di
ua vt pote celeſtia ferēs in ſe numi⸗
na. Sublimauit catholica vehemē
ter culmina ſctā p eloqa Is nēpe cel
ſe ꝯpos glie nūc exultat int letabū⸗
da celicolaꝝ ouās ꝯtubernia. Su⸗
blimis extat ſede ſupa ſtruēs vita ſy
lex hauſta ſat p ſaluberrima xp̄i pa⸗
ſcua. O dignū cuncta laude pcelſa
Pꝛeſulē tāta nactū gaudia. Uirtu
tū ꝓpter merita qb⁹ viguit ardens
velut lāpada. Nos voce clara hūc
iocūda. Dātes oꝛem⁹ pces et vota.
Qui nobis ferat cōmoda, impetret
eterna poſcēs pmia. Nū petit pſēs
caterua pſulū gēma. Deuota repē
dēs munera mēte ſincera. Fauēdo
ſibi pꝛecū inſtātia ſcilicet vt poloꝝ
itret limia. Quo iā intrat palatia
ſtantes ſupꝛema. Leti glatulemur
adepti poloꝝ regna. Qui tua pſul
ſiſtentes hac aula iubilemus ingē⸗
ti cū leticia. Recinētes dulcia nūc
celſaq; allā. Secundum matheum.

IN illo tpe: Dixit ieſ⁹ diſcipu 25.c.
lis ſuis: parabolā hāc. Hō q⸗ B
dā pegre pficiſcens vocauit ſeruos
ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et
vni dedit quinq; talēta: alii aūt duo
alii vo vnū. Unicuiq; ſcdꝫ pꝛopꝛiam
ꝟtutē: ⁊ pꝛofect⁹ eſt ſtati. Abiit aūt
qui qnq; talēta acceperat: et opat⁹
eſt i eis: ⁊ lucrat⁹ eſt alia quinq;. Si⸗
militer q̄ duo acceperat: lucrat⁹ eſt
alia duo. Qui aūt vnū accepat: abi
ens fodit in terrā/ ⁊ abſcōdit pecu⸗
niā dn̄i ſui. Poſt multū vero tpis
venit dn̄s ſeruoꝝ illoꝝ: ⁊ poſuit ra
tionē cū eis. Et accedens qui quinq;
talēta acceperat: obtulit alia qnq;
talēta dicens. Dn̄e: quinq; talenta
tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſu⸗
perlucratus ſum. Ait illi dn̄s eius.
Euge ſerue bone ⁊ fidelis: q2 ſuper

pauca fuiſti fidelis/ſupra multa te cõſtituã. Intra in gaudium: domini tui. Acceſſit aũt ⁊ qui duo talẽta acceperat: ⁊ ait. Dñe/ duo talenta tradidiſti michi ecce alia duo ſuper lucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cõſtituam. Intra in gaudium: domini tui. Secundum marcum.

13.c. D In illo tẽpe: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Uidete: vigilate: ⁊ orate. Neſcitis eñ: qñ tẽps ſit. Sicut hõ q̃ ꝑegre ꝓfect⁹: reliq̃t domũ ſuã Et dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſq; opis: ⁊ ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Neſcitis eñ: qñ dñs dom⁹ veniat. Sero/an media nocte: an gallicantu an mane. Ne cũ venerit repẽte: īueniat vos dormiẽtes. Quod aũt dico vobꝫ: oĩbus dico: vigilate. Scḋm matheũ.

24.c. D In illo tẽpe: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Uigilate: q2 neſcitis qua hora dñs veſter: ventur⁹ ſit. Illud aũt ſcitote: qm̃ ſi ſciret pater familias qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiq;/⁊ non ſineret perfodi domũ ſuã. Ideo ⁊ vos eſtote parati: q2 qua neſcitis hora: fili⁹ hoĩs ventur⁹ eſt. Quis putas eſt fidelis ſeru⁹ ⁊ prudẽs: quẽ ↄſtituit dñs ſupra familiã ſuã/vt det illis cibũ in tẽpe: Btũs ille ſeru⁹: quẽ cũ venerit dñs ei⁹ inuenerit ſic facientẽ. Amẽ dico vobis: qm̃ ſuper oĩa bona ſua: conſtituet eum. Eũa. Homo quidã no. vt ſ. c. b. In tẽpe paſc. Eũa. Ego ſum vitis. vt ſ. fo. i. Offert. Ueritas

ꝑ.88 mea et miſericordia mea cũ ipſo: ⁊ i nomine meo exaltabitur cornu eius. In tẽpe paſcha. allã. Offertoriũ. Inue-

ibid̃ ni dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto meo vnxi eũ manus enim mea auxiliabitur ei/et brachium meũ cõfortabit eum. In tẽpore paſcha allã. Secre.

Propiciare dñe q̃s ſupplicationibus noſtris: ⁊ intercedẽte ꝓ nobis beato. N. confeſſore tuo atq; põtifice his ſacramẽtis celeſtibus ſeruiẽtes: ab omni culpa liberos eſſe concede: vt purificãte nos gr̃a tua eiſdẽ q̃bus famulamur myſteriis emũdemur. Per. Alia ſecret.

Reſpice q̃s dñe munera populi tui i vti. N. ↄfeſſoris tui atq; põtificis honore oblata: ⁊ tue teſtificatio veritatꝫ nobis ꝓficiat ad ſalutẽ. p. Cõ. Dñe q̃nq; talenta tradidiſti michi ecce alia quinq; ſuper lucratus ſum euge ſerue fidelis q2 in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituã itra in gaudiũ dñi tui. In tẽpe paſ. allã. Cõio. Btũs ſeru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtem amẽ dico vobis ſuper oĩa bona ſua ↄſtituet eũ. In tẽpe paſch. allã allã. Cõio. Fidelis ſeruus et prudens quẽ ↄſtituit dñs ſup familiã ſuã vt det illis i tẽpe tritici menſurã. in tẽpe paſc. allã allã. Poſtcõio. mat 24.c. D

Preſta q̃s dñe deus noſter: vt diuinis miſteriis expiati: intercedente beato. N. confeſſore tuo atq; pontifice: ad ſuperni plenitudinem ſacramẽti cuius libauimus ſancta tendamus. per. Alia poſtcõ.

Quos tuis domine reficis ſacramentis ſancti. N. cõfeſſoris tui atq; pontificis attolle benignus ſuffragiis: vt noſtre redẽptionis effectum et miſteriis capiamus ⁊ moribus. Per dñm. ¶ In natali vnius cõfeſſoris ⁊ doctoris. officiũ.

Sacerdotes dei bñdicite dominum/ſancti et humiles corde laudate deum. In tempore paſchali. Allã alleluya. ps. dan. 3.ca. F

Benedicite omnia opera domini dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eũ i ſecula. Or. ibid̃.

Exaudi dñe p̃ces noſtras quas in ſancti. N. cõfeſſoris tui atq; doctoris ſolemnitate deferim⁹ vt

q̃ tibi digne meruit famulari: eius
ꝑcibus ab oĩbus nos abſolue pctĩs
per. Lectio libri ſapientie. Eccli.
ꝑ47 Dedit dñs confeſſionẽ ſancto
B ſuo: ⁊ excelſo ĩ v̄bo glíe. De
oĩ corde ſuo laudauit d̄ ĩz: ⁊ dilexit
deũ q̃ fecit illũ. Et dedit illi ꝯtra ĩi-
micos potẽtiã: ⁊ ſtare fecit cãtores
cõtra altare / ⁊ in ſono eorũ dulces
fecit modulos. Et dedit illi in cele-
brationibus decus: ⁊ ornauit tẽpo-
ra vſq ad conſũmationem vite / vt
laudaret nomẽ ſctm̃ dñi ⁊ ãplifica-
ret mane ſanctitatẽ dei. xp̃s purga-
uit pctã ipſi⁹: ⁊ exaltauit ĩ eternũ
cornu ei⁹. Sapiẽtia laudabit aĩaz
ſuã: ⁊ ĩ dño honorabit: et in medio
ppl̃i ſui glíabit. Et ĩ eccleſijs altiſ-
ſimi apiet os ſuũ: ⁊ ĩ ꝯſpectu v̄tut
illius glíabit. In medio ppl̃i exal-
tabit: et in plenitudine ſancta ad-
mirabit In multitudĩe electoꝝ ha-
bebit laudem / et inter benedictos
benedicetur. Lectio libri ſapientie
7.c. Optaui / ⁊ dat⁹ eſt michi ſenſ⁹
A Et inuocaui: ⁊ venit ĩ me ſpi-
ritus ſapiẽtie. Et prepoſui illã re-
gnis ⁊ ſedibus: ⁊ diuitias nichil eſ-
ſe duxi ĩ cõpatiõe illi⁹. Nec cõpa-
raui illi lapidẽ precioſũ: qm̃ oẽ au-
rũ in cõparatiõe illi⁹ arena eſt exi-
gua: ⁊ tanq̃ lutũ eſtimabit argẽtũ
ĩ cõſpectu illi⁹. Sup ſalutẽ ⁊ ſpeciẽ
dilexi illã. Et ꝓpoſui ꝓ luce habere
illã: qm̃ ieſtinguibile eſt lumẽ illi⁹
B Venerũt michi oĩa bona parit cũ
illa: ⁊ ĩnumerabilis honeſtas ꝑ ma-
nus illius. Et letatus ſũ in oĩbus:
qm̃ antecedebat me iſta ſapiẽtia: ⁊
ignorabã qm̃ omniũ bonoꝝ ma-
ter eſt. Quã ſine fictiõe didici: ⁊ ſi-
ne inuidia cõmunico. Et honeſta-
tem illius nõ abſcondo. Gradale.
ꝑ109 Iurauit dñs et non penitebit eum / tu
es ſacerdos ĩ eternũ: ſcd̃m ordinẽ mel-
ibid chiſedech. V. Dixit dñs dño meo: ſede a
dextris meis. Alleluya. Verſus Ama-
uit eum dñs et ornauit eũ: ſtola glorie
induit eum. Sequẽ. de ccdĩ. vnius
cõfeſſoris et ponti. Infra. lxx. Xx.
Btũs vir. vs̃. fo. x. Scd̃m matheũ.
In illo tp̃e: Dixit ieſus diſci- 5.ca.
pulis ſuis Vos eſtis ſal terre A
Quod ſi ſal euanuerit / ĩ quo ſaliet̃
Ad nichilũ valet vltra: niſi vt mit-
tat̃ foras / et cõculcetur ab hoĩbus
Vos eſtis lux mũdi. Nõ poteſt ciui-
tas abſcõdi: ſupra montem poſita
Neq accendũt lucernam ⁊ ponũt
eã ſub modio: ſed ſup candelabrum
vt luceat oĩbus qui in domo ſunt.
Sic luceat lux vr̃a corã hominib⁹:
vt videãt opera veſtra bona: ⁊ glo-
rificent patrẽ vr̃m qui ĩ celis ẽ. No-
lite putare / qm̃ veni ſoluere legẽ
aut ꝓphetas. Nõ veni ſoluere / ſed
adimplere. Amẽ q̇ppe dico vobis: do- C
nec trãſeat celũ ⁊ terra / iota vnum
aut vn⁹ apex nõ preteribit a lege /
donec omnia fiãt. Qui ergo ſolue-
rit vnũ de mãdatis iſtis minimis:
⁊ docuerit ſic hoĩes: minimus vo-
cabitur in regno celorum. Qui au-
tem fecerit et docuerit: hic magn⁹
vocabit ĩ regno celoꝝ. Offr̃. Veritas ꝑ.88
mea et miſericordia mea cũ ipſo: ⁊ ĩ no-
mine meo exaltabitur cornu eius. In
tempore paſchali. alleluya. Secr.
Munera q̃s dñe tibi dicata ſcĩ-
fica: ⁊ intercedẽte btõ. N. ꝯfeſ-
ſore tuo atq doctore ꝑ eadẽ nos pla-
catus intẽdem. p. Cõio Fidelis ſer- mat
uus et prudens quẽ ꝯſtituit dñs ſup fa- 24 c
miliã ſuã vt det illis ĩ tp̃e tritici men- D
ſurã. In tp̃e paſ. allã allã. Poſtcõio
Preſta queſumus omnipotẽs
deus / vt de perceptis mu-
neribus grãs exhibẽtes / intercedẽ-
te beato. N. cõfeſſore tuo atq do-
ctore beneficia potiora ſumamus.
Per dominum nr̃m. ¶ In natali
vnius confeſſoris ⁊ abbatis. Offm̃.

pauca fuiſti fidelis/ſupꝛa multa te cōſtituā. Intra in gaudium domini tui. Acceſſit aūt ⁊ qui duo talēta acceperat: ⁊ ait. Dñe/duo talenta tradidiſti michi ecce alia duo ſuper lucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupꝛa multa te cōſtituam. Intra in gaudium: domini tui. Secundum marcum.

13.c. D In illo tpe: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Uidete: vigilate: ⁊ orate. Neſcitis eī: qñ tps ſit. Sicut hō q̄ peregre pfect⁹: reliq̄t domū ſuā Et dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ opis: ⁊ ianitoꝛi pꝛecepit vt vigilet. Uigilate ergo. Neſcitis eni: qñ dñs dom⁹ veniat. Sero/an media nocte: an gallicantu an mane. Ne cū venerit repēte: iueniat vos doꝛmiētes. Quod aūt dico vobꝫ: oībus dico: vigilate. Scdm matheū.

24.c. D In illo tpe: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Uigilate: q2 neſcitis qua hoꝛa dñs veſter: ventur⁹ ſit. Illud aūt ſcitote: qm̄ ſi ſciret pater familias qua hoꝛa fur venturus eſſet: vigilaret vtiqꝫ/⁊ non ſineret perfodi domū ſuā. Ideo ⁊ vos eſtote parati: q2 qua neſcitis hoꝛa: fili⁹ hoīs ventur⁹ eſt. Quis putas eſt fidelis ſeru⁹ ⁊ pꝛudēs: quē ꝯſtituit dñs ſupꝛa familiā ſuā/vt det illis cibū in tpe: Btūs ille ſeru⁹: quē cū venerit dñs ei⁹ inuenerit ſic facientē. Amē dico vobis: qm̄ ſuper oīa bona ſua: conſtituet eum. Euā Homo quidā no. vtā. c.b. In tpe paſc. Euā Ego ſum vitis. vtā. fo.i. Offert. Ueritas
ꝑ.88 mea et miſericoꝛdia mea cū ipſo: ⁊ i nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. In tpe paſcha. allā. Offertoꝛiū. Inue-
ibidē ni dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto meo vnxi eū manus enim mea auxiliabitur ei/et bꝛachium meū cōfoꝛtabit eum. In tēpoꝛe paſcha allā. Secre.

Pꝛopiciare dñe q̄s ſupplicationibus noſtris: ⁊ intercedēte p nobis beato. N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ pōtifice his ſacramētis celeſtibus ſeruiētes: ab omni culpa liberos eſſe concede: vt purificāte nos gr̄a tua eiſdē q̄bus famulamur myſteriis emūdemur. Per. Alia ſecret.

Reſpice q̄s dñe munera populi tui i vtl. N. ꝯfeſſoꝛis tui atqꝫ pōtificis honoꝛe oblata: ⁊ tue teſtificatio veritatꝫ nobis pficiat ad ſalutē. p. Cō Dñe q̄nqꝫ talenta tradidiſti michi ecce alia quinqꝫ ſuper lucratus ſum euge ſerue fidelis q2 in pauca fuiſti fidelis ſupꝛa multa te conſtituā itra in gaudiū dñi tui. In tpe paſ. allā. cōio. Btūs ſeru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilātem amē dico vobis ſuper oīa bona ſua ꝯſtituet eū. In tpe paſch allā allā. cōio. Fidelis ſer- mat
uus et pꝛudens quē ꝯſtituit dñs ſup fa- 24.c.
miliā ſuā vt det illis i tpe tritici men- D
ſurā. in tpe paſc. allā allā. poſtcōio.

Preſta q̄s dñe deus noſter: vt diuinis miſteriis expiati: intercedente beato. N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ pontifice: ad ſuperni plenitudinem ſacramēti cuius libauimus ſancta tendamus. per. Alia poſtcō.

Quos tuis domine reficis ſacramentis ſancti. N. cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis attolle benignus ſuffragiis: vt noſtre redēptionis effectum et miſteriis capiamus ⁊ moꝛibus. Per dñm. ¶ In natali vnius cōfeſſoꝛis ⁊ doctoꝛis. officiū

Sacerdotes dei bñdicite do-
minum/ſancti et humiles dan.
coꝛde laudate deum. In 3.ca.
tempoꝛe paſchali. Allā alleluya. ps F
Benedicite omnia opera domini dño:
laudate ⁊ ſuperexaltate eū i ſecula. or. ibidē.

Exaudi dñe pces noſtras quas in ſancti. N. cōfeſſoꝛis tui atqꝫ doctoꝛis ſolennitate deferim⁹ vt

q̄ tibi digne meruit famulari: eius
ꝑcibus ab oībus nos absolue pctīs
per. Lectio libri sapientie. Eccli.
p̄47 B D Edit dñs confessionē sancto
suo: ⁊ excelso ī ꝟbo glīe. De
oī corde suo laudauit d̄m̄: ⁊ dilexit
deū q̄ fecit illū. Et dedit illi ꝯtra ini-
micos potētiā: ⁊ stare fecit cātores
cōtra altare / ⁊ in sono eorū dulces
fecit modulos. Et dedit illi in cele-
brationibus decus: ⁊ ornauit tēpo
ra vsq ad consūmationem vite / vt
laudaret nomē scīm dñi ⁊ āplifica
ret mane sanctitatē dei xp̄s purga
uit pctā ipsiꝰ: ⁊ exaltauit ī eternū
cornu eiꝰ. Sapiētia laudabit aīaꝫ
suā: ⁊ ī dño honorabit᷑: et in medio
ppl̄i sui glīabit᷑. Et ī ecclesijs altis-
simi apiet os suū: ⁊ ī ꝯspectu ꝟtutꝫ
illius glīabit᷑. In medio ppl̄i exal-
tabit᷑: et in plenitudine sancta ad-
mirabit᷑ In multitudīe electoꝝ ha
bebit laudem / et inter benedictos
benedicetur. Lectio libri sapientie
7.c. A O Ptaui / ⁊ datꝰ est michi sensꝰ
Et inuocaui: ⁊ venit ī me spi
ritus sapiētie. Et preposui illā re-
gnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nichil es-
se duxi ī cōpatiōe illiꝰ. Nec cōpa-
raui illi lapidē preciosū: qm̄ oē au-
rū in cōparatiōe illiꝰ arena est exi-
gua: ⁊ tanq̄ lutū estimabit᷑ argētū
ī cōspectu illiꝰ. Sup salutē ⁊ speciē
dilexi illā. Et ꝓposui ꝓ luce habere
illā: qm̄ īextinguibile est lumē illiꝰ
B Venerūt michi oīa bona parit cū
illa: ⁊ inumerabilis honestas ꝑ ma
nus illius. Et letatus sū in oībus:
qm̄ antecedebat me ista sapiētia: ⁊
ignorabā qm̄ omniū bonorū ma-
ter est. Quā sine fictiōe didici: ⁊ si-
ne inuidia cōmunico. Et honesta-
tem illius nō abscondo. Gradale.
p̄109 Iurauit dñs et non penitebit eūm / tu
es sacerdos ī eternū: scdm ordinē mel-
ibid chisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede a
dextris meis. Alleluya. versus Ama-
uit eum dñs et ornauit eū: stola glorie
induit eum. Sequēn. de ccōi. vnius
cōfessoris et ponti. Infra. lxx. xx.
Ptūs vir. vs̄. fo. x. Scdm matheū.
I N illo tp̄e: Dixit iesus disci- 5.ca. A
pulis suis Vos estis sal terre
Quod si sal euanuerit / ī quo saliet̄
Ad nichilū valet vltra: nisi vt mit-
tat̄ foras / et cōculcetur ab hoībus
Vos estis lux mūdi. Nō potest ciui
tas abscōdi: supra montem posita
Neq accendūt lucernam ⁊ ponūt
eā sub modio: sed sup candelabrum
vt luceat oībus qui in domo sunt.
Sic luceat lux vr̄a corā hominibꝰ:
vt videāt opera vestra bona: ⁊ glo
rificent patrē vr̄m qui ī celis ē No
lite putare / qm̄ veni soluere legeꝫ
aut ꝓphetas. Nō veni soluere / sed
adimplere. Amē q̄ppe dico vobis: do C
nec trāseat celū ⁊ terra / iota vnum
aut vnꝰ apex nō preteribit a lege /
donec omnia fiāt. Qui ergo solue-
rit vnū de mādatis istis minimis:
⁊ docuerit sic hoīes: minimus vo-
cabitur in regno celorum. Qui au
tem fecerit et docuerit: hic magnꝰ
vocabit᷑ ī regno celoꝝ. Offr̄. Veritas p̄.88
mea et misericordia mea cū ipso: ⁊ ī no-
mine meo exaltabitur cornu eius. In
tempore paschali. alleluya. Secr.
M Unera q̄s dñe tibi dicata scī
fica: ⁊ intercedēte btō. N. ꝯfes
sore tuo atq doctore ꝑ eadē nos pla
catus intēdem. p. Cōio Fidelis ser mat
uus et prudens quē ꝯstituit dñs sup fa 24 c
miliā suā vt det illis ī tp̄e tritici men- D
surā. In tp̄e pas. allā allā. Postcōio
P Resta quesumus omnipotēs
deus / vt de perceptis mu-
neribus grās exhibētes / intercedē
te beato. N. cōfessore tuo atq do-
ctore beneficia potiora sumamus.
Per dominum nr̄m. ¶ In natali
vnius confessoris ⁊ abbatis. Offm.

p.36. OS iusti meditabitur
sapiẽtiã: & lingua
eius loquet̃
iudiciũ: lex dei eiꝰ
ibid. ĩ corde ipiꝰ. ps. Noli
emulari ĩ malignãtibꝰ:
neq; zelaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. or.

DEus qui beatũ. N. confessorem
tuũ atq; abbatem sanctitatis
gratia decorasti: ipsiꝰ meritis
fac nos bonis operibus abundare:
vt a te summo bono omne qđ
expedit mereamur impetrare. per.

¶ Lectio libri sapiẽtie. Ecclesiastici

39.c. IUstus cor suum tradet ad vigilandũ
A diluculo ad dñm q
fecit illum/ et in conspectu altissimi
deprecabitur. Aperiet os suũ ĩ
oratione: & p delictis suis deprecabitur.
Si enĩ magnus dñs voluerit
spiritu intelligentie replebit illũ
Et ipse tanq̃ ymbres mittet eloq̃a
sapientie sue: & in oratione confitebitur
dño. Et ipse diriget consiliũ
eius & disciplinam: & in abscõditis
B suis cõsiliabitur. Et ipse palam faciet
disciplinam doctrine sue: et in
lege testamenti dñi gl'iabitur. Collaudabũt
multi sapiẽtiam eius/ et
vsq; in sclm nõ delebitur. Nõ recedet
memoria eiꝰ: & nomẽ eius requiretur
a gñatione in gñationẽ. Gr.
p.36 Os iusti meditabit̃ sapiẽtiã: et lingua
eius loquet̃ iudiciũ. ℣. Lex dei eiꝰ ĩ corde
ipsius/ ⁊ nõ supplãtabunt̃ gressꝰ eiꝰ
allã. ℣. Posui adiutoriũ sup potentẽ: ⁊
exaltaui electũ de plebe mea. Sequẽ.
Adest nobis. vt supra. f x. vel tractus
Desyderiũ anime [illegible]. vt supra.
folio. iiij. ¶ Secundum lucã
11.c. IN illo tpe: Dixit iesꝰ discipulis
E suis. Nemo accẽdit lucernã
& ĩ abscõdito ponit: neq; sub modio:
sz sup cãdelabrũ: vt q ĩgrediũt̃
lumẽ videãt. Lucerna corporis tui
est oculꝰ tuꝰ. Si ocłs tuꝰ fuerit simplex:
totum corpus tuum lucidum
erit. Si autem neq̃ fuerit: etiã corpus
tuũ tenebrosum erit. Vide ergo
ne lumẽ qđ ĩ te est: tenebre sint.
Si ergo corpus tuũ totũ lucidum
fuerit non habens aliquã partem
tenebrarũ: erit lucidũ totũ. Et sicut
lucerna fulgoris: illuiabit te. Offer.
Desyderiũ anime eius tribuisti ei domine: p.20
⁊ volũtate labiorũ eius nõ fraudasti
eũ: posuisti ĩ capite eiꝰ coronã de
lapide p̃cioso. In tpe pas. allã. Sec.

SAcrificiũ dñe quod p sancti
N. confessoris tui atq; abbatis
solennitate deferimus/ tibi q̃s
fiat acceptum: et eius interuenientibus
meritis/ nobis augeat te donante
suffragium. per dñm. Cõio.
Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstituit
dñs super familiã suam: vt det illis in
tẽpore tritici mensuram. In tempore
paschali. alleluya allã. postcõio

LIbãtes dñe sacrosancta mysteria
pretende nobis q̃s misericordiã
tuã: vt q̃ votis expetimꝰ
intercedẽte. N. btõ confessore tuo
atq; abbate cõuersatione tibi placita
consequamur. per dominum.

¶ De quocunq; confessore. Offm.

OS iusti meditabitur sapientiam/ p.36
& lingua eius loquetur
iudicium/ lex dei
eius in corde ipsius. ps
Noli emulari ĩ malignãtibus: neq; zelaueris ibid
facientes iniq̃tatẽ. Oratio.

ADesto dñe p̃cibus nr̃is quas
ĩ sctĩ. N. cõfessoris tui solẽnitate
deferimus: vt qui nostre iusticie
fiduciã non habemus: eiusq̃ tibi
placuit meritis & precibus adiuuemur.
p. Epla. Iustum deduxit.
vt s. folio. ix. Gr. Os iusti meditabit̃
sapientiam/ et lingua eius loquetur iudicium.
℣. Lex dei eius ĩ corde ipsius: ⁊
non supplantabuntur gressus eius. alleluya.
℣. Posui adiutoriũ sup potẽtẽ:

et exaltaui electū de plebe mea. Seq̄. Adeſt nobis. vt ſ. f. x. vi. Tr. Deſiderium. vt ſ. f. iiij. Euā. Uidete vig. vt ſ. p̄.20 fo. x. Offer. Deſideriū aīe eius tribuiſti ei et voluntate labiorū eius nō fraudaſti eū poſuiſti i capite eiꝰ coronā de lapide p̄cioſo. In tp̄e paſcha allā. Secr.

Suſcipe dn̄e ſacrificiū placationis ⁊ laudis qd̄ nos interueniēte btō N. confeſſore tuo p̄ducat ad veniā: et i ppetuā grāꝝ cōſtituat actionē. P. Cō. Fidelis ſeruꝰ ⁊ prudens quem conſtituit dn̄s ſup familiā ſuam vt det illis in tp̄e tritici menſurā. In tp̄e paſc. alleluya allā. Poſtcō.

Praeſta q̄s om̄ps deꝰ: vt cuius feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta: eius ſalutaria nobis interceſſione reddātur. Per dominum.

¶ In natali plurimorū cōfeſſo. offici.

p̄.131] Sacerdotes eiꝰ induant ſalutare et ſcti eiꝰ exultatiōe exultabūt. In tē. paſc. ibid. al. al. al. Ps. Memēto dn̄e dauid: ⁊ oīs manſuetudinis eius. Orō

Beatorū confeſſorū tuorū. N. ⁊. N. nos dn̄e tuere p̄ſidiis vt quorum feſtiuitatem annua deuotione recolimus: eorū interceſſiōe ab omnibus aduerſitatibus eruamur. Per dominū. ¶ Ad hebreos.

7.c. D Fratres: Plures facti ſunt ſacerdotes ſcd̄m legē: idcirco q̄ morte p̄hiberent̄ p̄manere. Ieſꝰ autē eo q̄ maneat i etnū: ſēpiternū habet ſacerdotiū. Unde et ſaluare i ppetuū poteſt/ accedēs p ſemetipſū ad deū ſp viuēs/ ad interpellandū pro nobis. Talis enī decebat vt nobis eſſet pōtifex: ſctūs/ inocens/ ipollutus/ ſegregatus a pctōribus et excelſior celis factus. Qui nō habet quotidie neceſſitatē: quēadmodū ſacerdotes priꝰ pro ſuis delictis hoſtias offerre/ deinde pro populo. Hoc enī fecit ſemel ſe offerendo: dominus noſter ieſus xp̄s. Gradale.

Sacerdotes eius idnāt ſalutare: ⁊ ſancti p̄.131 eius exultatiōe exultabūt. Vꝰ Illuc p̄ducam cornu dauid parauit lucernam chriſto meo. Allā. Vſus. Fulgebunt iuſti et tanq̄ ſcintille i arundineto diſcurrent in eternum. Nulla dr̄ ſeq̄ licz ıı lectiones fiant. Secundum lucā.

In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipu- 12.c. E lis ſuis. Sint lūbi veſtri precincti: et lucerne ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectātibus dn̄m ſuū: quando reuertatur a nuptiis. Ut cū venerit ⁊ pulſauerit: cōfeſtī aperiāt ei. Beati ſerui illi: quos cū venerit dominus inuenerit vigilātes. Amē dico vobis: q̄ p̄ciget ſe et faciet illos diſcūbere/ et trāſiēs miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſcd̄a vigilia/ et ſi in tercia vigilia venerit ⁊ ita iuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autē ſcitote/ quoniā ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq; ⁊ nō fineret p̄fodi domū ſuā. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis: filius hōis veniet.

¶ Secundum matheum.

In illo tempore: Miſit ieſus 10.c. A duodecim diſcipulos ſuos: p̄cipiēs eis ⁊ dicēs. In viā gētiū ne abieritis: ⁊ i ciuitates ſamaritanoꝝ ne itraueritis/ ſz potiꝰ ite ad oues q̄ perierūt domꝰ iſrl̄. Euntes autē p̄dicate dicētes qr appropiquabit regnū celorū. Infirmos curate/ mortuos ſuſcitate leproſos mūdate demōes eiicite. Gratis accepiſtis: gratis date. Offer. Exultabūt ſancti i gloria letabūtur i cubilibꝰ ſuis exultatiōes dei i faucibus eorū. In tp̄e paſ. allā allā. Se.

Adeſto dn̄e p̄cibus populi tui adeſto muneribꝰ: vt q̄ ſacris ſunt oblata myſteriis: tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Per dñm. Communio. Ego vos elegi de mundo vt eatis/⁊ fructum afferatis et fructus vester maneat. ¶ In tēpore paschali. allā allā. Postcōio.

Fideles tui de⁹ celestis doni remediis recreentur/⁊ sctōrū quoq; cōfessorū tuorū precibus ab omnib⁹ q̄s emūdemur delictis. Per. ¶ In natali vnius virginis et martyris. Ad missam. Officium.

p̄44 Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē: propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie pre ꝯsortibus tuis. In tp̄e pas. allā al. allā.

ibid p̄s. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Offm.

p̄.18 Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regum ⁊ nō cōfundebar ⁊ meditabar i mandatis tuis q̄ dilexi nimis.

ibid p̄s. Beati imaculati i via: qui ambulāt in lege dñi. Aliud Offm.

p̄.18 Me expectauerūt pctōres vt pderēt me/testimonia tua dñe itellexi/omis cōsummatiōis vidi finē latū mādatū tuū nimis.

ibid. p̄. Bti imaculati in via: q̄ ambulāt in lege dñi. Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate. N. virgis ⁊ martyris tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis erudiamur affectu. P. ¶ Lcō li. sapiē. Ecclesiastici

p̄.51. B Domine deus meus exaltasti sup terrā habitationē meā: et p morte defluenti deprecata sū. Inuocaui dñm patrem dñi mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee/et in tempore superborū sine auditorio. Laudabo nomē tuū assidue: et collaudabo illud in confessione/ et exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione: et eripuisti me de tēpore iniquo. Propterea confitebor: et laudē dicā nomini tuo: domine de⁹ meus. ¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici.

51.c. A Confitebor tibi dñe rex: ⁊ collaudabo te deū saluatorē meum. Cōfitebor nomini tuo: qm̄ adiutor ⁊ protector fact⁹ es michi/et liberasti corp⁹ meū a pditione. A laqueo lingue inique: ⁊ a labiis operantiū mēdaciū. Et in ꝯspectu astātiū factus es michi adiutor: ⁊ liberasti me scdm multitudinē mie nominis tui. A rugiētibus p̄paratis ad escā: de manibus q̄rentiū animā meā/⁊ de portis tribulationū q̄ circūdederūt me. Et a pressura flāme q̄ circūdedit me: ⁊ i medio ignis nō sū estuata. De altitudine vētris inferi: ⁊ a lingua coinquinata/⁊ a verbo mēdacii. A rege iniquo: ⁊ a ligua iniusta. Laudabit vsq; ad mortem aīa mea dñm: ⁊ vita mea appropinquās erat in inferno deorsū. Circūdederūt me vndiq;: ⁊ nō erat q̄ adiuuaret. Respiciens erā ad adiutorum hominum: et nō erat. B Memorata sum mie tue dñe: ⁊ cooperationis tue que a seculo sūt. Quoniam eruis sustinentes te: et liberas eos de manu angustie: dñe deus meus. ¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiasti.

24c. A Sapiētia laudabit animā suā: et i dño honorabitur/⁊ i medio populi sui gloriabitur: Et in ecclesiis altissimi aperiet os suū: ⁊ in ꝯspectu virtutis illi⁹ gloriabitur. In medio populi exaltabit: et i plenitudine sctā admirabit. In multitudine electorum habebit laudē: et inter bñdictos bñdicet dicēs. Ego ex ore altissimi prodii: p̄mogenita āte omnem creaturam. Ego quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meā: et quasi balsamū nō mixtum odor meus. Ego quasi

therebintus extendi ramos meos:
et rami mei honoris et gratie. Lectio
libri ſapientie. Prouerb. xxxi.
xx.c. Mulierē fortē ꝗs īueniet? Pro-
B cul ⁊ de vltimis finibus ꝓciū
ei⁹. Cōfidit in ea cor viri ſui: et ſpolijs
nō indigebit. Reddet ei bonū ⁊
nō malū: oīb⁹ dieb⁹ vite ſue. Queſiuit
lanā ⁊ linū: ⁊ opata ē ꝯſilio manuū
ſuarū. Factā eſt quaſi nauis inſtitoris
delonge portans panē ſuū.
De nocte ſurrexit: deditq; predā domeſticis
ſuis/ ⁊ cibaria ācillis ſuis.
C Cōſiderauit agrū ⁊ emit eū: de fructu
manuū ſuaꝝ plātauit vineam.
Accīxit fortitudie lūbos ſuos: et roborauit
brachiū ſuū. Guſtauit ⁊ vidit
qm̄ bona eſt negociatio ei⁹: nō
extinguet ī nocte lucerna ei⁹. Manū
ſuā miſit ad fortia: ⁊ digiti ei⁹ appꝛehēderūt
fuſū. Manū ſuā apuit inopi:
⁊ palmas ſuas extēdit ad pauperē.
Nō timebit domui ſue a frigoribus
niuis: oēs enī domeſtici ei⁹ veſtiti
ſūt duplicib⁹. Stragulatā veſtē fecit
ſibi: byſſ⁹ et purpura indumētū
ei⁹. Nobilis in portis vir ei⁹: quando
ſederit cū ſenatorib⁹ terre. Syndonē
fecit et vēdidit: ⁊ cingulū tradidit
chananeo. Fortitudo ⁊ decor
indumētū ei⁹: ⁊ ridebit ī die nouiſſimo.
D Os ſuū apuit ſapientie: et lex
clemētie ī līgua ei⁹. Cōſiderauit ſemitas
dom⁹ ſue: et panē ocioſa nō
comedit. Surrexerūt filij ei⁹ ⁊ btiſſimā
predicauerūt ⁊ vir ei⁹ laudauit
eā. Multe filie ꝯgregauerūt diuitias:
tu ſupgreſſa es vniuerſas. Fallax
gatia: et vana eſt pulchritudo.
Mulier/ timens deū: ipa laudabit̄.
Date ei de fructu manuū ſuarum:
et laudēt eā in portis opa ei⁹. Gr.
ꝑ44 Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniqtatē. ℣⁹.
Propterea vnxit te deus deus tuus oleo
ibid. leticie. Gradale. Specie tua ⁊ pulchritudine
tua intende pſpere ꝓcede et
regna. ℣ſus. Propter veritatem ⁊ māſuetudinē
⁊ iuſticiā et deducet te mirabiliter
dextera tua. Grad. Diffuſa eſt ꝑ44
gratia ī labiis tuis: ꝓpterea bñdixit te
de⁹ ī eternum. ℣. Propter veritatem ⁊
māſuetudinē ⁊ iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter
dextera tua. Gra. Audi filia:
et vide ⁊ iclina aurē tuam: qꝛ cōcupiuit
rex ſpeciē tuā. ℣. Specie tua et pulchritudine
tua: intende pſpere ꝓcede et regna.
Allā. ℣. Emulor enī vos dei emulatione Ad
deſpondi vos vni viro virginē cori.
caſtam exhibere xp̄o: Alleluya. ℣⁹. Veni ii.c.
electa mea ⁊ ponam te in thronū meum: A
quia ꝯcupiuit rex ſpeciem tuā. allā.
℣. Specie tua et pulchritudine tua intende
pſpere procede et regna. allā. ℣.
Diffuſa eſt gratia in labiis tuis propterea
benedixit te deus in eternum. allā.
℣ſus. Hec ē virgo ſapiens quam dominus
vigilantē inuenit. allā. ℣⁹. Loquebar ꝑ118
de teſtimoniis tuis in conſpectu regum
et non confundebar. Tractus

Diffuſa ē gratia in labiis tuis ꝓpterea ꝑ44
benedixit te deus in eternum.
verſus. Specie tua et pulchritudine
tua: intende pſpere procede et regna.
℣. Propter veritatem et manſuetudinem
⁊ iuſticiam et deducet te mirabiliter
dextera tua. ℣ſus. Audi filia et
vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit
rex ſpeciem tuam. Sequentia

Exultemus in hac die feſtiua.
Recolentes dñi magnalia ī ſanctis.
Qui operat̄ maxima. Qui inter
ſua potētie mira ī virginū eſt maximus
gl'ia. Sua enī gratia mūdi voluit
virginib⁹ pōpa. Atq; ꝯtra ꝓcepta
regū reſtitit virginalis pugna.
Furit rapies veſana deuicta triſtatur
malicia. Crudeſcit in carne tenera
maiora exquirit tormēta. Sꝫ
tūc ſtat firmior caro virginea. Cū
multiplicant̄ noua ſupplicia. Pro
eterna quā expectant a deo gloria.
Letantur mortalia affligi ſua cor-

pora. Qr ſunt trãſitoria. Et ĩmortu ſubito labẽtia mũdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea ſorte claruit. N. cuius hodie celebramus ſolennia ſplendẽs inter alias vt lucifer ĩter minores ſtellas. Uirgo beata fortiter ferẽs oĩa nec mori recuſans ꝓ gloria pro nobis pie deũm exora. Ut tecũ in aula exultemus etherea pace ꝑpetua. Pro ſanctorum virgo glorioſa collaudemꝰ dñm gloria. Secũdum matheum.

13 ca. F In illo tp̃e: Dixit ieſus diſcipulis ſuis: parabolã hãc. Simile eſt regnum celoꝝ theſauro abſcondito in agro/ quẽ q̄ inuenit homo abſcondit/ et pre gaudio illius vadit/ et vendit vniuerſa q̄ habet/ et emit agrũ illũ. Iterum ſimile eſt regnũ celorũ homini negociatori: querẽti bonas margaritas. Inuẽta aũt vna ꝑcioſa margarita: abijt ⁊ vendidit oĩa q̄ habuit ⁊ emit eam. Iterũ ſimile eſt regnũ celorũ ſagene miſſe in mare: ⁊ ex omni genere
G piſciũ congreganti. Quã cũ impleta eſſet educentes et ſecus littus ſedẽtes: elegerũt bonos in vaſa ſua/ malos autẽ foras miſerũt. Sic erit in cõſummatiõe ſeculi. Exibũt angeli: ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtorũ Et mittẽt eos in caminum ignis: ibi erit fletꝰ et ſtridor dẽtiũ. Intellexiſtiꝫ hec oĩa? Dicũt ei. Etiã Ait illis. Ideo oĩs ſcriba doctus in regno celorũ ſimilis eſt homini patriſfamilias: qui ꝓfert de theſauro ſuo: noua ⁊ vetera. Offer. Filie regũ ĩ honore tuo aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate. Offer. minꝰ. Offerẽtur regi virgines poſt eã: proxime eius offerẽtur tibi In tp̃e paſ. allã. Offer. maius. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducẽtur ĩ tẽplũ regi dño. Sec.

Hoſtias dñe quas tibi offerimus propicius reſpice: et intercedente beata. N. virgine tua ⁊ martyre: vincula peccatorũ noſtrorũ abſolue. Per dñz. Cõio. Diffuſa ẽ gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. In tp̃e paſch. allã allã. cõio. Feci iudicium et iuſticiã domine nõ calumniẽtur me ſuperbi: ad oĩa mãdata tua dirigebar oĩm viã iniquitatis odio habui. Cõio. Simile eſt regnũ celorũ homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita: dedit omnia ſua et cõparauit eam. Cõio. Quinq̧ prudentes virgines acceperũt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſpõſus venit exite obuiam xp̃o domino. Poſtcõio.

Placeãt tibi q̄s miſericors deꝰ noſtre ſeruitutꝫ obſequia: vt miſteria ſacroſancta que ſumpſimꝰ intercedente beata N. virgine tua et martyre: ⁊ tuam gratiam nobis conſiliẽt/ et eterne felicitatis gaudium ſubminiſtrent. Per dominũ.

¶ In natali vnius virginis non martyris. Ad miſſam. Officium.

Dilexiſti iuſticiaz et odiſti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie pre conſortibus tuis. In tẽpore paſchali allã alleluya allã. p̄. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea regi. Or. p̄ 44 ibid.

Omñps ſempiterne deꝰ auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis q̄s ſancte N. virginis tue placitis tibi meritis cõmendari: cuius vita merito caſtitatis tibi cõplacuit. ꝑ dñm. Ad corinthios.

Fratres: Qui gliatur/ in dño gliẽtur Nõ enĩ q̄ ſeipſũ cõmẽdat ille probatus eſt: ſed quez deus 2.10. cap. D

Ad cōmēdat. Utinā ſuſtineretis modi
cori. cū qd īſipiētie mee: ſz ⁊ ſupportate
11.c. me. Emulor eni vos: dei emulatiōe.
A Deſpōdi eī vos vni viro ṽginē ca-
ſtā: exhibere xp̄o. Lc̄tio libri ſapiētie
8.ca. Sapiētia vīcit maliciam. Atti
git ergo a fine vſq ad finem
fortiṫ: ⁊ diſponit oīa ſuauiter. Hāc
amaui ⁊ exq̄ſiui a iuuētute mea: et
q̄ſiui eā ſpōſam michi aſſumere: et
amator fact⁹ ſū forme illi⁹. Gene-
roſitatē illius glorificat cōtuber-
niū habēs dei ſed ⁊ oīm dn̄s dilexit
illā. Doctrix eſt diſcipline dei: ⁊ ele
ctrix operꝫ illi⁹. Lc̄to yſaie ꝓphete
61.c. Gaudēs gaudebo ī dn̄o: ⁊ exul-
D tabit aīa mea ī deo meo. Qr in
duit me veſtimēto ſalutꝭ: ⁊ īdumē-
to leticie circūdedit me. Quaſi ſpō
ſū decoratū corona: ⁊ quaſi ſpōſā or
natā monilib⁹ ſuis. Sicut eni ter-
ra ꝓfert germē ſuū: et ſicut ort⁹ ſe-
mē ſuū germīat: ſic dn̄s de⁹ germi-
nabit iuſticiā et laudē corā vniuer
62.c. ſis gētib⁹. Habitabit eī iuuenis cum
B ṽgīe: ⁊ habitabūt ī te filij tui. Et gau
debit ſpōſ⁹ ſup ſponſā: et gaudebit
ſup te de⁹ tu⁹. Dixit dn̄s: oīps. Gr.
p̄44 Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē
V. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo
ibid. leticie. Allā. V Diffuſa ē gratia ī labiis
tuis propterea benedixit te deus ī eter
Ad num. Allā. V. Emulor eni vos dei emu
cori. latione deſpondi vos vni viro virginē
11.c. caſtam exhibere chriſto. Sequentia.
A Virginis venerāde de nume-
ro ſapiētū feſta celebramus
ſocij. Filie matris ſūmi regis ſacro
ſācte marie. Quā ſibi ī ſororem dei
adoptauit fili⁹. Hec corpus ſuū do
muit freno ieiunij. Et luxuriā ſecu
it enſe parſimonie. Hec cōtra cun-
ctos hoſtis dimicauit impetus. Et
hoſtē cruētū freta xp̄i dextera ſtra-
uerat. Hec ſpōſū ab aula celi ſeſe ī-
uiſentē alacris. Corde iocundo ſe-
cuta eius eſt ingreſſa thalamum.
Nūc iam dulcibus plena delicijs.
Chriſto miſerias noſtras ſuggeri-
to. Nobis conſolationem precan-
do. ¶ Secundum matheum.
Jn illo tp̄e. Dixit ieſ⁹ diſcipu 25.c.
lis ſuis parabolā hāc. Simi- A
le eſt regnū celorꝫ decē virginib⁹: q̄
accipiētes lāpades ſuas exierūt ob
uiā ſpōſo et ſponſe. Quinq aūt ex
eis erāt fatue: et quinq prudentes
Sz quinq fatue acceptis lāpadibus
nō ſūpſerūt oleū ſecū. Prudētes ve
ro acceperūt oleū ī vaſis ſuis cū lā
padibus. Morā aūt faciente ſpōſo
dormitauerunt oēs ⁊ dormierunt
Media autē nocte clamor fact⁹ eſt
ecce ſpōſus venit / exite obuiam ei.
Tūc ſurrexerūt oēs virgines ille: et
ornauerunt lampades ſuas. Fatue
aūt: ſapiētib⁹ dixerūt. Date nobis
de oleo vr̄o: qr lāpades nr̄e extigun
tur. Rn̄derūt prudētes: dicētes. Ne
forte nō ſufficiat nobꝭ et vobis: ite
poti⁹ ad vēdētes ⁊ emite vobꝭ. Dū
autē irent emere: venit ſpōſus. Et
q̄ parate erant: itrauerūt cū eo ad
nuptias / ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſ
ſime vero veniunt et relique virgi
nes: dicentes. Dn̄e dn̄e: aperi nobꝭ
At ille reſpondens: ait. Amen dico
vobis: neſcio vos. Vigilate itaq /
qr neſcitis diem neq horam. Off.
Offerentur regi virgines poſt eam ꝓ
xime eius offerentur tibi. Secreta.
Offerim⁹ tibi dn̄e p̄ces ⁊ mūe
ra ī honore ſācte N virginis
tue gaudētes preſta queſumus: vt
⁊ cōuenienter hec agere ⁊ remediū ſē
piternū valeam⁹ acquirere. p d. Cō.
Diffuſa ē gratia in labiis tuis propte- p̄44
rea benedixit te deus ī eternū. Poſtcōio
Proſint nobꝭ dn̄e q̄ſum⁹ ſum
pta myſteria pariterq nos ī
tercedente beata virgine tua. N et
a peccatis exuant et preſidijs tue prot

piciationis attollant. per dominũ

¶ In natali plimaꝝ vginũ. Offiũ.

p44 Vultũ tuum deprecabuntur oẽs diuites plebis adducent regi virgines poſt eã ꝓxime eius adducẽ tibi ĩ leticia ⁊ exultatione. Pſalmus.

ibid. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

usq; bethleē/ & videam⁹ hoc verbū qđ factū est: qđ fecit dñs et ostendit nobis. Et venerūt festināntes/ & inuenerūt mariā & ioseph: & īfātē positū in p̄sepio. Videntes aūt: cognouerūt de vbo qđ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs q̄ audierūt mirati sūt: et de his q̄ dicta erāt a pastorib⁹ ad ipos. Maria aūt ꝯseruabat oīa verba hec: ꝯferēs ī corde suo. Et reuersi sūt pastores glorificātes & laudantes deū: ī omnib⁹ que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos.

ps44 Offi. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Oblatis dñe munerib⁹ suppliciter deprecamur vt q̄ veram verbi tui incarnationē fideliter veneramur: verā eiusdem substantiā carnis ac sanguinis quā p spm̄ sctm̄ virgo mater dedit ī hoc p̄senti mysterio salubriter ꝑcipiam⁹. P. Prefa. Qui per incarnatī. Communio.

ibidē Diffusa ē gratia in labiis tuis ꝓpterea bñdixit te deus in eternum. Postcōio.

Da q̄s misericors de⁹ eius nos ꝯtinua ītercessiōe vegetari cui⁹ ītegra virginitate suscepim⁹ auctorē nr̄e salutis dñm nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. Qui te. Sequentes memoriā p totuȝ ānū ad missam eiusdē ī capella. Scđa oro de trinitate. Or.

Omnips sempiterne deus q̄ dedisti famulis tuis in confessiōe vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē q̄s vt eiusdē fidei firmitate ab oīb⁹ semper muniamur aduersis. In qua viuis. Tercia or. pro epis viuis et subditis. Oratio.

Omnips sempiterne de⁹ q̄ facis mirabilia magna sol⁹ pretende sup famulos tuos pontifices & sup cūctas congregationes illis ꝯmissas spm̄ grē salutaris: & vt ī veritate tibi ꝯplaceāt: ꝑpetuū eis rorem tue bñdictiōis īfunde. Per. Quarta oro p bñfactoribus defūctis. Oro.

Omnips misericors de⁹ vnica salus mortaliū: te suppliciē exoram⁹ p aīab⁹ famulorꝫ famularūq; tuarꝫ parētū & bñfactorū nrorꝫ vt ītercedēte btā dei genitrice maria cū oīb⁹ sctis tuis pctorꝫ eis largiri digneris indulgētiā: & ī nouissimo die btē resurrectionis leticiā. Quinta oro gñalis. p viuis & defūctis. or.

Omnips sempiterne de⁹ q̄ viuorū dñaris simul & mortuorꝫ: oīūq; misereris quos tuos fide & opere futuros eē p̄noscis: te supplices exoram⁹: vt p q̄b⁹ effūdere p̄ces decreuim⁹: quosq; vel p̄sēs sclm adhuc ī carne retinet vel futurū iā exutos corpore suscepit: pietatꝫ tue clemētia oīm delictorū suorū veniam et gaudia ꝯsequi mereantur eterna. per dominuꝫ. De trinitate. Secr.

Sanctifica dñe q̄s de⁹ trinitas sctā per tui sctī nominis inuocationem huius oblationis hostiā et per eaꝫ nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui viuis & reg. Pro epis viuis et subditis. Secr.

Hostias q̄s dñe famulorū tuorum placatus intēde: & quas in honore nominis tui deuota mēte pro eis celebramus: proficere sibi sentiāt ad salutē. per dñm. Pro benefactoribus defūctis. Secreta.

Sanctifica q̄s dñe hec fidelium omniū vitalia sacramenta & presta: vt p ea intercedēte btā dei genitrice maria cū oīb⁹ sctis tuis hoc ipsum pficiat aīabus famulorꝫ famularūq; tuarū parētū & benefactorū nrorū vt ab oīb⁹ viciis expiate pabulo vite reficiantur eterne. per eūđ. Pro viuis & defūctꝫ. Secr.

Deus cui soli cognitus est numerus electorū ī superna felicitate locādus: tribue q̄s vt vnī uerſorũ quos in oꝛõne cõmẽdatos ſuſcepim⁹ ſiue oĩm fideliũ noĩa btẽ predeſtinationis liber aſcripta retineat. p. De trinitate. poſtcõio

PRoficiat nobis ad ſalutẽ coꝛpoꝛis ⁊ anime dñe de⁹ noſter huius ſacramẽti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis eiuſdemq; indiuidue vnitatis cõfeſſio. In qua vi. Pro epis ⁊ ſubditis. poſtcõio.

QUos celeſti recreas munere dñe ꝑpetuo comitare pſidio et quos fouere non deſinis dignos fieri ſempiterna redẽptione cõcede. per. Pro benefactoꝛibus. poſtcõio

VIuificet nos qs dñe ſalutare quo paſti ſumus ſacramẽtum: et interueniente beata dei genitrice maria cũ oĩb⁹ ſctĩs tuis cõcede: vt hoc ipſũ proficiat aĩab⁹ famuloꝝ famularũq; tuarũ parentũ et bñfactoꝛũ noſtroꝛũ ad promerẽdam propiciationis tue gratiã: et percipiendã future reſurrectionis gloꝛiam ſempiternam. per eũdem. Pro viuis et defunctis. poſtcõio.

PRo celeſtis cõuiuij iocũditate grãs tibi referim⁹ rex ⁊ ſacerdos noſter maieſtatẽ tuã humiliter rogãtes: vt hec ſacroſctã coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis tui hoſtia nõ ſit nobis reatus ad penã ſed interceſſio ſalutaris ad veniam ſit ablutio ſcelerũ: ſit foꝛtitudo fragiliũ ſit cõtra oĩa mundi pericula firmamentum: ſit viuoꝛũ atq; moꝛtuoꝛũ fideliũ remiſſio oĩm delictoꝛum. per te ſaluatoꝛ mundi rex gloꝛie. Qui vi.

¶ Ad miſſã de ſcta maria a purificatione vſq; ad aduentũ dñi in capella ⁊ in choꝛo qñ fit plenũ ſeruitiũ de ea niſi i ſe. et p oc. ei⁹ d. offm̃.

Sedul⁹ SAlue ſctã parens enixa puerpera regem qui celũ terramq; regit i ſecula ſecloꝝ. In tempoꝛe paſchali alleluya. ps.

Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Oratio. Luce 1. ca. C

COncede nos famulos tuos qs dñe deus perpetue mẽtis et coꝛpoꝛis ſalute gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione a preſẽti liberari triſticia: et eterna perfrui leticia. per d. Lectio libri ſapientie. Eccleſiaſti.

24 c. B ABinitio ⁊ ante ſecula creata ſum: et vſq; ad futurũ ſeculum non deſinã: et in habitatione ſancta coꝛam ipſo miniſtraui. Et ſic in ſyon firmata ſum: et in ciuitate ſctificata ſimiliter requieui ⁊ in hierlm ptãs mea. Et radicaui in ꝑplo honoꝛificato: ⁊ i partes dei mei hereditas illi⁹: ⁊ i plenitudine ſctõꝝ detẽtio mea. Gradale.

Bñdicta et venerabilis es vgo maria q̃ ſine tactu pudoꝛis inuẽta es mr̃ ſaluatoꝛis. ℣ Uirgo dei gẽitrix quẽ tot⁹ nõ capit oꝛbis in tua ſe clauſit viſcera fact⁹ hõ. Sciẽdũ eſt ꝙ ſi i tpe paſ. fiat de feſto ãnũciatiõis btẽ marie i capella erit p̄mũ All. ℣ Per te dei genitrix. ⁊ ſcdm All. ℣ Aue maria. Itẽ i die aſſumptionis btẽ marie dñica ifra oc. ⁊ i oc. die All. ℣ Hodie maria vgo. i choꝛo ⁊ i capella p oc. All. ℣ Aſſumpta eſt. i choꝛo ⁊ in capella. Itẽ in natiui. btẽ marie dñica infra oct. et in oct. die All. ℣ Natiuitas glõſe. in choꝛo et in capella: ⁊ p oct. All. ℣ Per te dei gẽitrix. in choꝛo et in capella. Sciẽdũ eſt ꝙ a purificatiõe vſqz a lxx. ⁊ De⁹ omniũ. vſq; ad aduentũ dñi qñ fit plenũ ſerui. de ſct maria. quãdocũq; fiet. cõtigerit ſẽp dı ſequẽs All. ℣ Salue virgo mater dei templum ſancti ſpiritus que ſola vocari digne meruiſti regina celoꝛũ ⁊ dña. niſi in tpe paſcha. tunc enim ſẽp erit primũ Alleluya vſus Per te dei gẽitrix eſt nobis vita perdita data que de celo ſuſcepiſti prolẽ et mūdo genuiſti ſaluatoꝛē. ⁊ ſcd̄m Allā. qn̄ fit plenū ſeruitiū de reſurrectiōe ſicut ī alio feſto cū regimīe choꝛi dr̄ ſeq̄. vna de ſupnotatis In capella aūt pmū. Allā. v. Per te dei genitrix. Scd̄m v. Allā. diuerſimode dr̄ per totā ebdō. vʒ die do. Allā. v. Obtine ſacris p̄cib⁹ pia dei genitrix veniam delictoꝛum tuis ſupplicibus.

¶ Fe. ii. Allā. v. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti dei genitrix intercede pꝛo nobis. ¶ Feria. iii. Allā. v⁹. Oꝛa pꝛo nobis pia virgo maria vnde xp̄s natus eſt / pꝛo nobis peccatoꝛibus oꝛa. ¶ Feria. iiii. Allā. v⁹. Uirtutes celi te venerantur virgo maria tuum vnigenitum contēplantes ad dexteraʒ dei patris in poteſtate et maieſtate magna. ¶ Feria. v. Allā. v. Ueni electa mea et ponam in te thꝛonum meū quia cōcupiuit rex ſpeciem tuam. ¶ Feria. vi. Allā. v. Salue virgo. vt ſ. Sab. Allā. v⁹. Uirga ieſſe floꝛuit virgo deū et hominem genuit pacem deus reddidit in ſe reconcilians ymā ſummis. Iſta ſeptem. Allā. dr̄ in capella btē marie a purificatione vſq̄ ad aduentū dn̄i extra ſeptuageſimā vſq̄ ad paſſio. niſi q̄ extra tp̄s paſche in loco illius Allā. v. Poſt partū. dr̄ Allā. v⁹. Per te dei genitrix. vt ſupꝛa. et exceptis tpib⁹ p̄notatis. Similiter in tp̄e paſ. qn̄ celebrat' miſſa de ſctā maria ſine nota: vel poſt miſ. fit memo. tūc pmū Allā. erit. v. Per te dei genitrix: ⁊ ſcd̄m Allā. v. Poſt ptū. In ebdo. paſche etiā dr̄ Gr. Bn̄dicta et venerabil'. ad miſ. quotid. de ſctā maria vſq̄ ad ſabbatū et nō in ip̄o ſabba. Seq̄. dr̄ p oꝛdinē vna de ſex ſupꝛa notatis vl' quis alia p totū annū ad placitū. Secūduʒ lucā.

xi. c. D IN illo tp̄e: Loquente ieſu ad turbas: extollēs vocē quedā mulier de turba: dixit illi. Beatus vēter qui te poꝛtauit: et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati q̄ audiūt verbū dei: ⁊ cuſtodiunt illud. ¶ Aliud euangelium in tēpoꝛe paſchali. Secundum iohannem

19. c. B IN illo tp̄e: Stabāt iuxta crucē ieſu mater ei⁹ / ⁊ ſoroꝛ matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cū vidiſſet ergo ieſus matrē et diſcipulū ſtātē queʒ diligebat dixit matri ſue. Mulier / ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo Ecce mater tua. Et ex illa hoꝛa: accepit eā diſcipul⁹ in ſuā. Offert. Felix nāq̄ es ſacra virgo maria ⁊ oī laude digniſſima q̄ꝛ ex te oꝛtus ē ſol iuſticie chꝛiſtus deus noſter allā. ⁊ finiat' cū Allā. qn̄cūq̄ dr̄ extra lxx. vſq̄ ad paſcha. et niſi ī vigil. aſſumptiōis tūc ſecr.

TUa dn̄e ꝓpiciatione et beate marie ſp̄ virginis interceſſiōe ad perpetuā atq̄ p̄ſentē hec oblatio nobis pꝛoficiat pꝛoſperitatē et pacē. p. Pꝛefa. Et te in veneratiōe. Cōio. Beata viſcera marie virginis q̄ poꝛtauerunt eterni patris filium. In tēpoꝛe paſc. Cōio. Uera fides genit' purgauit crimina mūdi et tibi virginitas inuiolata manet allā allā. Poſtcō.

SUmptis dn̄e ſalutis nr̄e ſubſidiis da q̄s eius patrociniis nos vbiq̄ pꝛotegi: in cuius veneratiōe hec tue obtulimus maieſtati. Per. ¶ Miſſa pꝛo pace. Officium.

DA pacē domine ſuſtinētibus te: vt pꝛophete tui fideles inueniantur exaudi p̄ces ſerui tui ⁊ plebis tue iſrael. In tp̄e paſcha. allā allā. Ps. Letatus ſum ī his q̄ dicta ſunt michi in domum domini ibimus. Oꝛatio

DEus a quo ſctā deſideria recta cōſilia ⁊ iuſta ſūt opa: da ſeruis tuis illā quā mūd⁹ dare nō poteſt pacē: vt ⁊ coꝛda nr̄a mādatis tuis dedita ⁊ hoſtiū ſublata foꝛmidine tp̄a ſint tua pꝛotectione trāq̄lla

Per do. Lectio libri machabeoruꝫ.

2.c.1 A IN diebꝰ illis Orōnē faciebāt ſacerdotes dū aſſerrēt ſacrificiū ꝑ pplō iſtī: ionatha īchoāte/ ceteris aūt rñdētibꝰ et dicētibꝰ. Bñfaciat vobis deꝰ: et meminerit teſtamēti ſui qḋ ad abrahā ⁊ yſaac et iacob locutꝰ eſt ſeruoꝛū ſuoꝝ fideliū. Et det vobis cor oībꝰ: vt colatis eū et faciatis eiꝰ volūtatē. Adaperiat cor vřm ī lege ſua/ ⁊ in p̄ceptis ſuis B et faciat pacē. Exaudiat orationes vřas et recōſilietur vobis: nec vos deſerat ī tpe malo: dñs deus veſter. Gra. Letatꝰ ſum ī his q̄ dicta ſunt michi in domū dñi ibimus. V. Fiat pax in virtute tua ⁊ abūdātia in turribꝰ tuis. Allā. V. Qui poſuit fines tuos pacē: et adipe frumenti ſatiat te. S. iohannē.

16.c. B IN illo tpe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ecce venit hora ⁊ iā venit: vt diſpergamini vnuſquiſq; in propria/ et me ſolum relinquatiſ. Et nō ſum ſolus: quia mecū pater eſt. Hec locutus ſum vobis vt ī me pacē habeatis. In mūdo p̄ſſurā habebitis. Sed ꝯfidite ego vici mūdū. Offerto. Deus tu cōuerſꝰ viuificabis nos et plebs tua letabitur ī te: oſtende nobis dñe miam tuam: et ſalutare tuū da nobis. In tpe paſ allā allā. Sec.

DEus q̄ credētes ī te populos nullis ſinis concuti terroribus dignare preces ⁊ hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipe vt pax tua pietate conceſſa xp̄ianoꝝ fines ab oī hoſte faciat eſſe ſecuros. Per. Cōio Amen dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis In tēpore paſch. allā allā. Poſtcō.

DEus auctor pacis ⁊ amator quem noſſe viuere: cui ſeruire regnare eſt protege ab oībus impugnationibꝰ ſupplices tuos vt q̄ in defenſiōe tua ꝯfidimus: nullius hoſtilitatis arma timeamꝰ. Per d.

Miſſa pro rege. Officium.

PRotector noſter aſpice deus ⁊ reſpice ī faciē xp̄i tui q2 melior eſt dies vna ī atriis tuis ſup milia. In tpe paſcha. allā allā. p̄. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū: concupiſcit et deficit anima mea in atria domini. ibi Or.

QUeſumꝰ oīps deꝰ vt famulus tuꝰ rex nr̄. N. qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula: virtutū etiā oīm p̄cipiat īcremēta quibꝰ decēter ornatꝰ ⁊ vicioꝝ voraginem deuitare ⁊ hoſtes ſuperare: et ad te q̄ via veritas ⁊ vita es gratioſus valeat peruenire. Per dñm. Epla. Orationē faciebant ſacerdō. vtſ. in miſſa pro pace. gradal. Saluum fac ſeruum tuum deus meꝰ ſperātem in te. Vꝰ. Auribus percipe dñe orationē meā. Allā. V. Eripe me de inimicis meis deus meus ⁊ ab inſurgētibus in me libera me. Secundum marcū.

11.c. C IN illo tpe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amē dico vobis: q2 q̄cunq; dixerit huic monti tollere et mittere in mare/ ⁊ nō heſitauerit ī corde ſuo: ſed crediderit q2 quodcū; q; dixerit fiat/ fiet ei. Propterea dico vobis. Oia q̄cūq; orātes petitis credite q2 accipietis/ et eueniēt vobis. Et cū ſtabitis ad orādū/ dimittite ſi q̄d habetis aduerſus aliquē: vt ⁊ pater veſter qui in celis eſt dimittat vobis peccata vr̄a. Quod ſi vos nō dimiſeritis: nec pater vr̄ q̄ ī celis eſt: dimittet vobis peccata veſtra. Offer. Exaudi deus orationē meam et ne deſpexeris deprecationem meam intende in me et exaudi me. In tēpore paſchali. allā alleluya Secre.

MUnera q̄s dñe oblata ſanctifica: vt et nobis vnigeniti tui corpꝰ ⁊ ſanguis fiāt: ⁊ famulo tuo. N. regi noſtro ad obtinēdā anime corporiſq; ſalutem: et ad peragēdū

iniunctũ sibi officium te largiente
vsquequaq; proficiãt. per. Cõio. Amẽ
dico vobis: quicquid orãtes petitis cre
dite quia accipietis ⁊ fiet vobis. In tẽ
pore paschali. allã allã. Postcõio.
HEc dñe salutari sacramenti
ꝑceptio famulũ tuũ regẽ no
strũ. N. ab oĩb⁹ q̃s tueatur aduer-
sis quaten⁹ ⁊ ecclesiastice pacis obti
neat tranquillitatẽ: et post isti⁹ tp̃is
decursũ ad etnã ꝑueniat heredita-
tẽ. p. ¶ Ad iploꝛãdã grãz spũs scti
Sap. Spũs dñi repleuit or
1.ca. bẽ terrarũ allã: ⁊ hoc
B quod ↄtinet oĩa sciẽ
tiã habet vocis allã
77 allã allã. Ps⁹. Exur-
gat deus ⁊ dissipentur
inimici eius: et fugiãt
qui oderunt eum a facie eius. Oratio
DEus cui oẽ coꝛ patet et oĩs vo
lũtas loquitur ⁊ nullũ latet se
.c. cretũ: purifica ꝑ infusionẽ scti spũs
C cogitatiões coꝛdis nr̃i: vt te perfe-
cte diligere ⁊ digne laudare merea
mur. p dñz. i vnitate. Ad corinthios
11.c. FRatres: Unicuiq; datur ma
A nifestatio spũs: ad vtilitatẽ.
Alij quidẽ ꝑ spm̃ datur sermo sapientie
B alij datur sermo sciẽtie / scd̃m eũdẽ
spm̃. Alteri fides: in eodem spũ. Alij
grã sanitatũ: in eodẽ spũ. Alij opa-
tio virtutũ. Alij prophetia. Alij dis
cretio spirituũ. Alij genera linguarũ
Alij interp̃tatio sermonũ. Hec autẽ
oĩa opatur vn⁹ atq; idem spũs: di-
uidens singulis prout vult. Grad.
Ps.32. Btã gẽs cui⁹ ẽ dñs de⁹ eorũ ppl's quem
ibid. elegit dñs i hereditatem sibi. V. Uerbo
dñi celi firmati sũt: ⁊ spũ oris eius oĩs
eccla virt⁹ eorũ. Allã. V. Ueni scte spũs reple
tuorũ coꝛda fideliũ: et tui amoꝛis in eis
ignẽ accende. Secundũ iohannem.
4 ca. IN illo tp̃e: Dixit iesus mulieri
C samaritane. Mulier: venit ho
ra ⁊ nunc est: q̃n veri adoꝛatores ado

rabũt patrẽ i spũ ⁊ vitate. Nã ⁊ pr̃
tales q̃rit: q̃ adoꝛẽt eũ. Spũs est de
us: et oẽs q̃ adoꝛant eũ: i spũ et ve-
ritate oportet adoꝛare. Offr. Emit ṗ.103
te spiritũ tuũ et creabuntur et renoua
bis faciem terre: sit gloꝛia dñi in secula
In tẽpoꝛe paschali Allã. Secreta
HEc oblatio dñe deus q̃s coꝛ-
dis nr̃i maculas emundet vt
sctĩ spũs digna habitatio efficiatur.
per. Cõ. Spũs sctus docebit vos oĩa
allã quecũq; dixero vobis allã. Postc.
SAcrificium salutis nostre ti-
bi offerẽtes / cõcede nobis q̃s
dñe de⁹ purificatis mentib⁹ sepius
tue pietatis celebꝛare mysterium.
p d. i vnita. ¶ Ad missã pro seipso.
DEus i noĩe tuo sal- ṗ.53.
uum me fac: et i vir
tute tua iudica me
de⁹ exaudi oõnem
meã. In tp̃e pasch.
allã all. Ps. Qm̃ alie- ibid
ni isurrexerũt aduer
sũ me: ⁊ foꝛtes q̃sierũt aiam meã. Oro
OMnĩps sẽpiterne de⁹ q̃ me pctõ
rẽ sacris altaribus astare vo-
luisti ⁊ scti noĩs tui laudare potẽti
am: ↄcede q̃so ꝑ hui⁹ sacramẽti my
steriũ meoꝝ veniã pctõꝝum: vt tue
maiestati digne ministrare mere-
ar. per dominũ nr̃m. Ad romanos.
FRatres: Cõdelector legi dei 7.c.
secundũ interioꝛẽ hoiem. Ui C
deo aũt aliã legẽ i mẽbris meis re-
pugnantem legi mẽtis mee: ⁊ capti
uum me ducẽtem i legẽ pcti q̃ est i
membꝛis meis. Infelix ego homo.
Quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛ
tis huius? Grã dei: ꝑ iesũ christum
dñm nr̃m. Gr. Esto michi i deũ ꝓte-
ctoꝛẽ ⁊ i locũ refugii vt saluũ me facias.
V. De⁹ i te speraui dñe nõ cõfundar i e-
ternũ. Allã. Ps⁹. Eripe me de inimicis
meis deus meus: et ab insurgentibus i
me libera me. Secundũ iohannem.

16. c. IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipu
A lis ſuis. Si māſeritis ī me/ ⁊
verba mea ī vobis māſerit: qd̄cūq;
volueritis petetis/ ⁊ fiet vobꝫ. In
hoc clarificat⁹ eſt pr̄ me⁹ vt fructū
plurimū afferatis/ ⁊ efficiami mei
B diſcipuli Sicut dilexit me pr̄ ⁊ ego
dilexi vos: manete ī dilectiōe mea.
Si p̄cepta mea ſeruaueritis mane
bitis ī dilectiōe mea. Sicut et ego
pr̄is mei p̄cepta ſeruaui: ⁊ maneo ī
ei⁹ dilectiōe. Hec locut⁹ ſū vobis:
vt gaudiū meū ī vobꝫ ſit: ⁊ gaudiū
veſtrū impleatur. Offꝛ. Intende vo
ci oꝛonis mee rex me⁹ et deus me⁹ quo
niam ad te oꝛabo dn̄e. In tp̄e pa. allā.
ꝟ. Verba mea aurib⁹ percipe dn̄e intē
de clamoꝛē meū ⁊ exaudi me. Secreta

DEus q̄ te p̄cipis a pctōꝛib⁹ ex
oꝛari tibiq; ſacrificiū ꝯtriti
coꝛdis offerri hoc ſacrificiū qd̄ īdi
gnis manib⁹ meis offero accepta
re dignare ⁊ vt ipſe tibi hoſtia ⁊ ſa
crificiū eſſe merear miſerat⁹ ꝯcede
quo per miſterij huius exhibitionē
peccatoꝝ oīm percipiā remiſſionē
Per dn̄z. Cōio. Ab occultis meis mū
da me dn̄e et ab alienis parce ſeruo
tuo. In tp̄e paſcha allā. Poſtcōio.

AUres tue pietatis mitiſſime
de⁹ īclina p̄ cib⁹ meis ⁊ p̄ hu
i⁹ diuini ſacramēti carnis et ſāgui
nis filij tui dn̄i nr̄i ieſu xp̄i qd̄ indi
gnus ſūpſi miſteriū gr̄a ſcti ſpūs il
lumina coꝛ meū: vt tuis miſterijs di
gne miniſtrare teq; eterna carita
te diligere: ⁊ ſēpiterna gaudia p̄cipe
re merear. Per. In vnitate eiuſdē

¶ Miſſa ad poſcēdū donū ſpūſſcti

Ad CAritas dei diffuſa eſt ī coꝛ
Ro. dib⁹ vr̄is allā p̄ inhabitā
5. ca. tē ſpiritū ei⁹ ī vobis allā
A allā. ꝟ. Dn̄e de⁹ ſalutis mee
in die clamaui ⁊ nocte coꝛā te. Oꝛatio

OMn̄ps ſēpiterne de⁹ q̄ iuſticiā
tue legis ī coꝛdib⁹ credentiū
digito tuo ſcribis da nobꝫ fidei ſpei
et caritatis augmētū et vt merea
mur aſſeq̄ qd̄ ꝓmittis: fac nos ama
re qd̄ p̄cipis. Per. Ad coꝛinthios.

FRatres: Caritas patiens eſt 1. c. 13
benigna eſt. Caritas nō emu B
latur nō agit p̄perā/ nō inflat/ nō
eſt ābicioſa/ nō querit q̄ ſua ſūt/ nō
irritatur. Nō cogitat malum/ nō
gaudet ſup iniquitate: ꝯgaudet au
tē veritati. Oīa ſuffert: oīa credit/ C
oīa ſperat/ omia ſuſtinet. Caritas
nūq̄ excidit/ ſiue ꝓphetie euacua
būtur/ ſiue līgue ceſſabūt/ ſiue ſciē
tia deſtruetur. Ex parte eni cogno
ſcim⁹: et ex parte ꝓphetamus. Cuz
aūt venerit qd̄ p̄fectū eſt: euacuabi
tur qd̄ ex parte eſt. Cū eſſē paruul⁹
loq̄bar vt paruul⁹/ ſapiebā vt par
uul⁹/ cogitabam vt paruulus. Qn̄ D
aūt factus ſū vir: euacuaui q̄ erant
paruuli. Videm⁹ nūc p̄ ſpeculū in
enigmate: tunc autē facie ad faciē.
Nūc cognoſco ex parte: tūc aūt co
gnoſcā ſicut ⁊ cognit⁹ ſū. Nūc aūt
manēt: fides/ ſpes/ caritas: tria hec
maioꝛ autem hoꝝ eſt caritas. Gr.
Dn̄e dn̄s nr̄ q̄ admirabile ē nomē tuū ps. 8
ī vniuerſa terra. ꝟ. Qm̄ eleuata ē ma ibid.
gnificētia tua ſuper celos. Allā. ꝟ. Do
mine deus ſalutis mee in die clamaui ⁊
nocte coꝛam te. Secūdū iohannem.

IN illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipu 13. c.
lis ſuis. Filioli/ adhuc modi D
cū tp̄s: vobiſcū ſū. Queretis me: et
ſicut dixi iudeis quo ego vado: vos
non poteſtis venire: et vobis dico
modo. Mādatū nouū do vobis: vt
diligatis inuicē ſicut dilexi vos: vt
et vos inuicē diligatis. In hoc co
gnoſcēt oēs q2 diſcipli mei eſtis/ ſi
dilectionē habueritꝫ ad inuicē. Dixit
ei ſymō petr⁹. Dn̄e: quo vadis? Rn̄
dit ieſ⁹. Quo ego vado: nō potes me
modo ſeq̄: ſeq̄ris autē poſtea. Offꝛ.
Lauda anima mea dn̄m laudabo dn̄m ps. 145

in vita mea: pſallā deo meo q̄diu ero. In tēpore paſchali. allā. Secreta.

EMitte q̄s dñe ſpm̄ caritatȝ: q̄ ⁊ hec pñtia munera nr̄a: tuū nobȝ efficiat ſacramētū: ⁊ ad hoc percipiēdū corda nr̄a purificet. p. In vni. eiuſd. Cōio. Primum querite regnū dei: et omnia adiiciētur vobis: dicit dñs. In tp̄e paſc. allā allā. Poſtc.

SPiritū ī nobȝ dñe tue caritatis īfūde vt quos vno pane celeſti ſatiaſti tua facias pietate ꝯcordes. p. in vni. ¶ Miſ. p pctōrib⁹. Off.

p̄ 129 SI iniquitates obſeruaueriȝ dñe: dñe q̄s ſuſtinebit? quia apud te ꝓpiciatio eſt de⁹ iſrl'.

ibid. ī pſalm⁹. De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meā. Orō.

EXaudi q̄s dñe ſupplicū p̄ces ⁊ ꝯfitētiū tibi p̄ce pctīs vt pariter nobis īdulgētiā tribuas benignus et pacē. per do. Ad romanos.

5 ca. B FRatres: Cū adhuc pctōres eſſemus: xp̄s p nobis mortuus eſt. Multo igitur magȝ iuſtificati nūc in ſāguine ipſi⁹/ ſalui erim⁹ ab ira p ipſum Si enim cum inimici eſſem⁹ reconſiliati ſum⁹ deo per mortem filii ei⁹: multo magȝ recōciliati ſalui erim⁹ in vita ipſi⁹ Nō ſolum autem/ ſed et gloriamur in deo. Per ieſū xp̄m: dñm nr̄m. Gr.

p̄ 78 Propicius eſto dñe pctīs nr̄is: nequādo dicāt gētes/ vbi ē deus eoꝝ. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ꝓpē honorē nominis tui dñe libera nos. V. Oſtēde nobis dñe miam tuam: et ſalutare tuum da nobis. Secūdum lucā.

5. ca. F IN illo tp̄e: Vidit ieſus publicanū noīe leui/ ſedētē ad theloneū: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis oīb⁹: ſurgēs/ ſecut⁹ eſt euȝ. Et fecit ei ꝯuiuiū magnū leui ī domo ſua ⁊ erat turba multa publicanorū: ⁊ alioꝝ q̄ cū illis erāt diſcūbentes Et murmurabāt pharisei ⁊ ſcribe eoꝝ dicētes ad diſcipulos ei⁹. Quare cū publicanis ⁊ pctōribus māducatȝ ⁊ bibitis? Et rn̄dēs ieſ⁹: dixit ad illos. Nō egēt q̄ ſani ſunt medico: ſȝ q̄ male habēt. Nō eni veni vocare iuſtos: ſȝ pctōres ad penitētiā. Offer. Deus tu ꝯuerſ⁹ viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit' in te: oſtēde nobis dñe miam tuā: et ſalutare tuum da nobis. In tp̄e paſc. allā. Secre.

HOſtias tibi dñe placationis offerimus obſecrantes/ vt ⁊ delicta nr̄a miſeratus abſoluas/ ⁊ nutātia corda tu dirigas. p. Cōio. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas nos. In tp̄e paſch. allā allā. Poſc.

PErcepta nobis eterne ſaluator vt percipiētes hoc munere veniam peccatorum: deinceps peccata vitemus. per dominum nr̄m.

¶ Miſſa pro penitētib⁹. Officiuȝ.

p̄ 118 IUſtus es domine ⁊ rectum iudiciū tuum/ fac cuȝ ſeruo tuo ſecundū miſericordiā tuā In tempore paſchali allā allā.

ibid. ps. Beati immaculati ī via: qui ambulāt in lege dñi. Oratio.

OMīps ſempiterne deus: confitenti tibi famulo tuo. N. pro tua pietate peccata relaxa: vt non plus valeat ꝯſciētie reatus ad penam q̄ indulgētia tue pietatis ad veniā. p dñm. Epl'a. Ad galathas.

.6.c. A FRatres: Si preoccupat⁹ fuerit hō in aliquo delicto: vos q̄ ſpūales eſtis/ inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis/ conſyderās teipſū ne ⁊ tu tēteris. Alter alteri⁹ onera portate: ⁊ ſic adimplebitis legē xp̄i. Gr. Saluū fac ſeruū tuū deus meus ſperantē in te. V. Auribus percipe dñe orationē meā. Allā. V. Qui timent dñm ſperent in eū adiutor eoꝝ et protector eoꝝ eſt. Scdm matheū.

9 ca. B In illo tp̃e: Diſcũbẽte ieſu in domo ecce multi publicani & pctõres venientes diſcũbebãt cũ eo & diſcipulis ei⁹. Et vidẽtes phariſei: dicebãt diſcipulis ſuis. Quare cũ publicanis & pctõrib⁹ mãducat magiſter veſter? At ieſus audiens: ait. Nõ eſt opus valẽtib⁹ medicus: ſed male hñtibus. Eũtes aũt diſcite qd̃ eſt: mĩam volo & nõ ſacrificiũ. Nõ ei veni vocare iuſtos: ſed pctõres. Offer. Sperẽt in te oẽs q̃ nouerũt nomẽ tuũ dñe qm̃ nõ derelinq̃s q̃rẽtes te: pſallite dño q̃ hitat i ſyõ/ qm̃ nõ ẽ oblitus orõnẽ pauperũ. In tp̃e paſch. al.

Preſta q̃s oĩps & miſeri Sec. cors de⁹ vt hec ſalutaris oblatio famulũ tuũ N. & a ppp̃ijs reatib⁹ indeſinẽter expediat & ab oĩbus tueatur aduerſis. p. Cõ. Amẽ dico vobis: q̃cqd orãtes petit̃ credite q2 accipietis/ & fiet vobis. In tp̃e paſc. allã al. P⁹c.

Omnipotens et miſericors deus: qui oĩm aĩam penitentẽ & cõfitẽtẽ magis vis emẽdare q̃ pdere/ reſpice ppici⁹ ſup hũc famulũ tuũ. N. & per hec ſacramenta q̃ ſumpſim⁹: auerte ab eo iram indignatõis tue et omnia peccata ſua ei dimitte. p.

Miſſa p inſpiratione diuine ſapiẽtie.

p̃.18. Lex dñi irreprehẽſibilis cõuertẽs aĩas teſtimoniũ dei fidele/ ſapiẽtiã pſtãs paruulis. In tp̃e paſc. al. al.

ibid. p̃s. Celi enarrãt gl̃iam dei: et opa manuum eius annunciat firmamẽtũ. Or.

Deus q̃ p coeternã tibi ſapiẽtiã hoiez cũ nõ eſſet ↄdidiſti pditũq3 miſericorditer reformaſti: preſta q̃s vt eadẽ pectora noſtra iſpirante te tota mẽte amem⁹: & ad te toto corde curramus. per dñm.

Lectio epl̃e beati Iacobi apoſtoli.

1. ca. B Chariſſimi: Si q̃s vr̃m indiget ſapiẽtia poſtulet a deo q̃ dat oĩbus affluẽter & nõ improperat: & dabit ei. Poſtulet aũt i fide: nichil heſitãs. Qui ei heſitat ſilis eſt fluctui maris: q̃ a vẽto mouet̃ & circũfert̃. Nõ ergo eſtimet hõ ille q̃ accipiat aliquid a dño. Gr. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. V. Accedite ad eum et illuminamini: et facies veſtre nõ ↄfundẽtur alleluya. V. Oſtẽde nobis dñe miſericordiam tuam: & ſalutare tuũ da nobis. Scdm iohannẽ.

17 ca. A In illo tp̃e: Subleuatis ieſus oculis in celũ: dixit. Pater venit hora: clarifica filiũ tuũ: vt fili⁹ tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis/ vt omne quod dediſti ei: det eis vitã eternã. Hec eſt autẽ vita eterna: vt cognoſcant te ſolum verũ deum/ et quem miſiſti ieſum xp̃m. Offertoꝝ. Benedictus es dñe: doce me iuſtificationes tuas: benedictus es domine/ doce me iuſtificationes tuas: i labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In tẽpore paſchali. allã. Secreta.

Sanctificetur q̃s dñe hui⁹ nr̃e oblatiõis mun⁹ tua operãte ſapientia/ vt tibi placere poſſit ad laudẽ: & nobiſ pficere ad ſalutẽ. per Cõio. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinã dirigãtur vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. In tẽpore paſchali. allã allã. P⁹ cõ.

Infunde q̃s dñe deus p hec ſctã q̃ ſumpſim⁹: tue cordibus noſtris lumen ſapientie/ vt te veraciter agnoſcamus & fideliter diligamus. per dominum.

Miſſa p tribulatiõe cordis. Offm.

Iuſtus es domine et rectũ iudiciũ tuũ: fac cum ſeruo tuo ſcdm mĩaz tuã. In tp̃e paſchali. Alleluya allã. pſalm⁹. p̃.11 Beati immaculati i via/ qui ambulãt in lege domini. Oratio. ibid

Deus qui ꝯtritoꝝ nō deſpicis
gemitū ⁊ merētiū non ſꝑnis
affectū: adeſto ꝑcib⁹ nr̄is quas pie=
tati tue ꝑ tribulatiōe nr̄a offerim⁹
iplorātes: vt nos clemēt reſpicias
et ſolito pietatꝫ tue ītuitu tribuas
vt quicqd ꝯtra nos dyabolice frau
des atq̄ humane moliūtur aduerſi
tates ad nichilum redigas: et con=
ſilio mie tue allidas: quatenus nul
lis aduerſitatibus leſi: ſed ab omni
tribulatione et anguſtia liberati/
gratias tibi in eccleſia referamus
cōſolati. Per do. ¶ Ad corinthios.
1 ca. Fratres: Bñdict⁹ de⁹ ⁊ pater
A dñi nr̄i ieſu xp̄i: pater miaꝝ
⁊ de⁹ totius cōſolatiōis q̄ conſolat
nos in oī tribulatiōe nr̄a: vt poſſi=
ibid. m⁹ et ipſi cōſolari eos q̄ in oī preſſu
ra ſunt ꝑ exhortationē qua exhorta
mur ⁊ ipi a deo. Qm̄ ſicut abundāt
paſſiones chriſti in nobis: ita ⁊ per
xp̄m abūdat: cōſolatio noſtra. Gr.
Ad dñm cū tribularer clamaui ⁊ exau=
diuit me. V. Dñe libera aīam meā a la=
biis iniqs et a ligua doloſa. Allā. V. Qui
timēt dñm ſperauerūt i dño adiutor eo
rū et protector eoꝝ eſt. Scdm iohēm
16. c. In illo tpe: Dixit ieſ⁹ diſcipu
D lis ſuis. Amē amē dico vobis
q2 plorabitis ⁊ flebitis vos / mūd⁹
aūt gaudebit. Uos aūt cōtriſtabi=
mini: ſed triſticia veſtra vertetur i
gaudiū. Mulier cū parit triſticiam
habet: q2 venit hora ei⁹. Cū aūt pe=
perit filiū / iam nō meminit pſſure
ꝓpter gaudiū: q2 nat⁹ eſt hō i mun
E dū. Et vos igit nunc qdē triſticiaꝫ
habetis. Iterū autē videbo vos: et
gaudebit cor vr̄m. Et gaudiū vr̄m
nemo tollet a vobis. Offer. Immit=
tit āgel⁹ dñi i circuitu timētiū eū ⁊ eri=
piet eos guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt
dñs. ¶ In tpe paſ. Allā. Secreta.
Deus qui tribulatos corde ſa
nas ⁊ meſtificatos actu leti=
ficas ad hanc propicius hoſtiam di
gnāter attēde: ⁊ q2 toti⁹ mundi vo
luiſti relaxare delicta ꝑ tribulatio
ne noſtra eā clemēter aſſume / cun=
ctaq̄ crimina noſtra ſolue: tribula
tionē nr̄am adime / miſerias pelle
anguſtias et preſſuras amoue: vt
erepti ab oībus que patimur malis
in tuis ſemper delectemur exulta=
re beneficiis. ꝑ dñm. Cōīo. Redime
me deus iſrael ex oīb⁹ tribulationibus
meis. In tēpore paſchali. poſtcōio.
Dimitte q̄s dñe pctā noſtra ⁊
tribue nobis miam tuā oīſ=
q̄ nr̄i alloqo exortat⁹ hūilitatē no
ſtrā attēde: vīcula ſolue delicta dele
tribulatione iſpice: aduerſitatē re=
pelle effectūq̄ petitioni noſtre lar=
giēs iugiter ⁊ clemēter exaudi. per
dñm. ¶ Miſſa pro infirmo. Offm.
Iuſtus es domine p̄ 118
⁊ rectum iudiciū
tuum / fac cū ſer
uo tuo ſecundū
miſericordiā tuā
In tēpore paſcha
li allā allā. Ps. Beati immaculati in ibid.
via: qui ambulāt in lege dñi. Oratio.
Omīps ſempiterne deus ſalus
eterna credētiū exaudi nos ꝑ
famulo tuo. N. ꝓ quo mie tue iplo=
ramus auxilium: vt reddita ſibi ſa=
nitate gratiaꝝ tibi in ecclia tua re
ferat actiones. ꝑ dominū noſtrum.
¶ Lectio epl'e btī iacobi apoſtoli.
Cariſſimi: Triſtatur aliquis
vr̄m: oret equo aīo et pſallat 5. ca.
Infirmatur quis ex vobis: īducat C
pbr̄os eccl'ie et orēt ſup eum vngen
tes eū oleo in noīe dñi / et orō fidei
ſaluabit infirmū. Et alleuiabit eū D
dñs / ⁊ ſi i pctīs ſit: dimittēt ei. Cō=
fitemini ergo alterutrū pctā veſtra
⁊ orate ꝓ inuicē: vt ſaluemini. Gr.
Miſerere michi dominē quoniam infir
mus ſum ſana me domie. V. Qm̄ cōtur

bata ſunt omnia oſſa mea: ⁊ aīma mea turbata eſt valde. Alleluya. ṽ. Qui ſanat contritos coꝛde ⁊ alligat contritiones eoꝛum. ¶ Secundum lucam.

64.c. IN illos tp̄e: Surgēs ieſ⁹ de ſynagoga ītroiuit ī domū ſimonis. Socr⁹ aūt ſymonis tenebatur magnis febꝛib⁹. Et rogauerūt illū ꝑ ea. Et ſtās ſup illā imꝑauit febꝛi ⁊ dimiſit illā. Et cōtinuo ſurgēs miniſtrabat illiꝫ. Cum ſol autē occidiſſet oēs qui habebāt īfirmos varijs lāguoꝛib⁹/ ducebāt illos ad euꝫ. At ille ſingulꝫ man⁹ imponens: curabat eos. Offer. Domīe ꝯuertere ⁊ eripe animā meā/ ſaluum me fac pꝛopter miam tuam. In tp̄e paſ. Allā. Secr.

DEus cuius nutibus vite nr̄e momenta decurrunt ſuſcipe preces ⁊ hoſtias famuli tui. N. pꝛo quo miam tuam egrotāte imploꝛamus: vt de cui⁹ periculo metuim⁹: de ei⁹ ſalute letemur. ꝑ dñꝫ. Cō. Redime me deus iſrael ab oīb⁹ anguſtiis meis. In tp̄e paſc allā allā. poſtcō.

DEus īfirmitatꝫ humane ſingulare pꝛeſidium: auxilij tui ſup infirmū nr̄m oſt̄de virtutez: vt ope mīe tue adiut⁹/ eccliē tue ſācte incolumis repn̄tari mereatur. per.

¶ Miſſa pꝛo ſalute amici. Officiū.

ꝑ.118 IUſt⁹ es dñe ⁊ rectum iudicium tuū fac cū ſeruo tuo ſecūdū miam tuā. In tp̄e pa.

ibid. alleluya alleluya. ṽ. Bti imaculati ī via: q̄ ambulāt in lege dñi. Gloꝛia. oꝛ.

OMīp̄s ſempitne de⁹/ miſerere famulo tuo. N. ⁊ dirige eum ſcd̄m clemētiam tuā in viā ſalutis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat ⁊ tota virtute ꝑficiat. ꝑ. Epl̄a Oꝛonē faciebāt. vts in miſ. ꝑ pace. Gr̄. Saluum fac ſeruū tuū de⁹ meus ſperantem in te. ṽ. Aurib⁹ ꝑcipe oꝛonē meā. Allā. ṽ. Qui timent dn̄m ſperent in eum adiutoꝛ eoꝛum et pꝛotectoꝛ eoꝛ eſt. Euā. Amen dico vobis quicq̄d oꝛantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. vt ſu. in miſſa pꝛo rege. Offer. Sperent in te oēs q̄ nouerunt nomen tuum dñe: q̄m non derelinquis q̄rētes te pſallite domino qui habitat in ſyon: q̄m non eſt oblitus oꝛonē pauperum. ¶ In tp̄e paſchali. Allā. Secreta.

PRoficiat q̄s dñe hec oblatio quā tue ſupplices offerimus maieſtati ad ſalutē famuli tui. N. vt tua pꝛuidētia ei⁹ vita inter pꝛoſpera ⁊ aduerſa vbiq̄ dirigat̄. ꝑ. Cōio. Amen dico vobis quicq̄d oꝛantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis In tp̄e paſchal allā allā. poſtcōio.

SUmētes dñe perpetue ſacramenta ſalutis tuā dep̄camur clemētiam: vt per ea famulū tuum N. ab oī aduerſitate pꝛotegas. per

¶ Miſſa ꝑ ſerenitate aeris. Offm̄.

eccle boſ. SAlus ppl̄i ego ſum dicit dominus de quacūq̄ tribulatione clamauerint ad me ex ps exaudiā eos ⁊ ero illoꝛū dn̄s in ꝑpe ⁊ pp tuū. In tp̄e paſc. allā allā. ps Attendite populꝰ meus legē meā: īclinate au hetꝫ. ꝑ77 rem veſtram in verba oꝛis mei. oꝛatio

AD te domīe nos clamantes exaudi: et aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicātibus: vt qui iuſte pꝛo peccatis nr̄is affligimur mīa tua pꝛeueniēte clementiā ſentiamus. Per. Lectio hiere. pphete.

tren IN diebus illis: Locut⁹ eſt hieremias pꝛophetas: dicens. 2.ca. F Conſurge/ lauda in nocte in pꝛincipio vigiliarū: effunde ſicut aquā coꝛ tuum ante conſpectum dn̄i dei tui. Leua ad eum man⁹ tuas pꝛo animabus paruuloꝛū tuoꝛū: qui defecerūt fame: in capite omnium cōpitoꝛū. Uide domine/ ⁊ conſidera: quem vendemiaueris ita. G Ergo ne comedent mulieres fructum ſuum paruulos ad menſurā palme: ſi occiderit in ſanctuario domini ſacer dos ⁊ ꝓphetas. Formido et laqueꝰ facta eſt nobis: vaticiatio ⁊ cōtritio. Diuiſiões aquaꝝ deduxit oculus meꝰ in cōtritiōe filie ppli mei. Oculus meꝰ afflictus eſt: nec tacuit: eo ꝙ nō eſſet reqes / donec reſpiceret ⁊ videret dñs de celis. Inundauerūt aq̄ ſup caput meū: dixi perij. Inuocaui nomē tuū dñe: de lacu nouiſſimo. Vocē meā audiſti: ne auertas aurē tuā a ſingultu meo: ⁊ clamore. Appropinquaſti ī die qua inuocaui te: dixiſti ne timeas. Iudicaſti cauſā aīe mee / redēptor vite mee: dñe deus meus. Gr. Propiciꝰ eſto pctis nr̄is: nequādo dicāt gentes / vbi eſt deus eoꝝ? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorē nominis tui dñe libera nos. allā. ℣. Dñe refugium factus es nobis: a generatione et progenie. ¶ Secundum lucā.

.ca. D In illo tp̄e: Factum eſt ī vna dierū: ⁊ ieſus aſcēdit in nauiculam: et diſcipuli eius. Et ait ad illos. Trāſferemus trans ſtagnū. Et aſcenderunt. Nauigantibꝰ autem illis: obdormiuit. Et deſcēdit procella venti in ſtagnū: ⁊ compellebantur fluctibus et periclitabātur. Aſcendentes autem: ſuſcitauerunt eū dicentes. Preceptor: perimus. At ille ſurgēs / increpauit vētum et tempeſtatem aque: et ceſſauit. Et facta eſt tranquillitas. Dixit aūt illis. Vbi eſt fides vr̄a? Qui timētes / mirati ſūt ad inuicē: dicētes. Quiſputas hic eſt? Qr et vētis imperat ⁊ mari: ⁊ obediūt ei. Offer. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me dñe: ⁊ ſuper irā inimicoꝝ meorum extendiſti manum tuam ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. ¶ In tempore paſchali. Alleluya. Secreta.

Exaudi dñe pces ⁊ ſuſcipe vota populi tui ⁊ iube ymbres inundantiū ceſſare pluuiaꝝ: flagelliſq; huius elemēti ad effectū tui cōuerte myſterij / vt qui ſe regnantibus aquis gaudēt renatos: gaudeant his caſtigatōibꝰ eſſe correctos p do. Cōio. Amē dico vobis quicquid orantes petitis credite qr accipietis: et fiet vobis. Mar 11.c. C In tp̄e paſch. allā. pꝰ cō.

Preces populi tui q̄s dñe benignus exaudi: ⁊ per huiꝰ virtutē ſacramēti pacē tuā nobis nūciet purgati aeris ſerena trāquillitas: vt qui delinquētes verberas / peccata confitentibꝰ parcas. per. ¶ Miſſa p pluuia petenda. Offi.

Etetur cor querentium dñm / querite dñm ⁊ cōfirmamini: querite faciē eiꝰ ſemp. ps 104 In tp̄e paſc. allā. Ps. Cōfitemini dño ⁊ inuocate nomen eiꝰ: ānūciate inter gētes opa eius. ibid Or.

Deus in quo viuimus / mouemur ⁊ ſumus: pluuiā nobis tribue congruentem / vt preſentibus ſubſidijs ſufficiēter adiuti / ſempiterna fiducialius appetamur. p dñm. ¶ Lectio hieremie prophete.

In diebus illis: Orauit hieremias ꝓpheta: dicēs. 14 c. D Numq̄d proijciens abieciſti iudā / aut ſyon abomiata eſt aīa tua? Quare ergo percuſſiſti nos ita vt nulla ſit ſanitas? Expectamꝰ pacē: ⁊ non eſt bonū ⁊ tp̄s curatiōis: ⁊ ecce turbatio. Cognouimꝰ dñe impietates nr̄as: et iniq̄tates patrū noſtroꝝ: qr peccauimꝰ tibi. Ne des nos in opprobriū ꝓpter nomen tuū: neq; facias nobis cōtumeliā. Solij glie tue recordare: ne irritū facias fedus tuū nobiſcū. Nūq̄d ſūt ī ſculptilibꝰ gētiū q̄ pluāt aut celi poſſūt dare ymbres niſi tu volueris? Nōne tu es dñe deus noſter: quē expectauimꝰ? Tu eni feciſti oīa hec: dñe deus noſter.

Gr. Oculi oīm i te ſperāt dn̄e: ⁊ tu das illis eſcā i tꝑe oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā: ⁊ iples oē aial bn̄dictiōe. al. ℣. De pfundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. Sc̄m matheum.

.6 ca. D IN illo tꝑe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Nolite ſolliciti eſſe: dicētes. Quid mādūcabimus/ aut qd bibemꝰ: aut quo opiemur? Hec ei oīa gētes inquirūt. Scit eni pat vr̄: q2 his oībꝰ indigetis. Querite ergo pmū regnū dei: ⁊ iuſticiā eiꝰ Et hec oīa adiciēt vobis. Off. Portas celi apuit dominꝰ ⁊ pluit illis māna vt ederēt panē celi dedit illis: panē āgelorū mādūcauit hō In tꝑe paſ. al. Se.

OBlatis dn̄e placare muneribus ⁊ oportunū nobis tribue pluuie ſufficiētis auxiliū. p. Cōio. De fructu operū tuorū domie ſatiabitur terra: vt educas panem de terra/ et vinum letificet cor hominis vt exhilaret faciē i oleo ⁊ panis cor hominis cōfirmet. In tꝑe paſch. allā allā. pꝰc.

DEus q̄ pluuis ſup iuſtos ⁊ iniuſto s: nr̄is etiā offenſiōibꝰ p hec ſacramēta relaratis expectatā q̄s pluuiā munera largiaris: q̄bus ⁊ ſalus nobis ⁊ alimēta pſtent. per.

¶ Miſſa pro tempore belli. Offi.

p̄s 24. ibid. REminiſcere miſerationū tuarū dn̄e ⁊ miſe tue q̄ a ſcl'o ſūt ne vnq̄ dn̄ent nobis inimici nr̄i libera nos deꝰ iſrael ex oībꝰ āguſtijs nr̄is. In tēpore paſch. allā allā. Ps. Ad te domie leuaui aīam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio.

DEus regnorū oīū regūq̄ dn̄ator q̄ nos ⁊ pcutiēdo ſanas ⁊ ignoſcēdo ꝯſeruas/ ptēde nobis miam tuā: vt trāq̄llitate pacis tua ptāte firmata: ad remedia correctionis vtamur. p. Lectio libri heſter

13.c. C IN diebꝰ illis. Orauit heſter ad dn̄m dicēs. Dn̄e rex oīps i ditione tua cūcta ſūt poſita/ et nō eſt qui poſſit reſiſtere volūtati tue Si decreueris ſaluare nos/ continuo liberabimur. Tu eni dn̄e feciſti celum ⁊ terram: ⁊ vniuerſa q̄ celi ambitu continentur. Tu es dn̄s oīm: ⁊ nō eſt q̄ reſiſtat volūtati tue D Et nūc dn̄e rex regū/ deꝰ abraham miſerere pplo tuo/ q2 volūt inimici nr̄i nos pdere: ⁊ hereditatē tuā delere. Ne reſpicias partē quā redemiſti tibi/ ſed exaudi deprecationē noſtrā/ ⁊ propicius eſto ſorti et funiculo hereditatis tue. Et conuerte luctū noſtrū in gaudiū: vt viuētes laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canētiū te: dn̄e deꝰ nr̄. Gr. Propicius eſto domie peccatis nr̄is nequādo dicāt gentes/ vbi ē deus eorū. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorē nois tui domine libera nos. allā. ℣. Oſtende nobis dn̄e miam tuam: et ſalutare tuū da nobis. Euāgeliū. Amē dico vobis q2 quicūq̄ dixe. vt̄s. in miſ. p rege. Offi. Deus tu conuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te: oſtēde nobis dn̄e miam tuam: et ſalutare tuū da nobis. In tꝑe paſch. allā allā. Secr.

ADeſto q̄s dn̄e ppiciꝰ populo tuo: ⁊ quem myſterijs celeſtibus ſacramētis imbuis: per hec munera q̄ tibi offert deuotus a furore cunctorū hoſtium tua miſeratione defende. Per do. Cōio. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas nos In tꝑe paſchali. allā allā. poſtcōio

COrporis ⁊ ſāguinis dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſacroſancta refectione vegetati: ſupplices te rogamus omnipotēs deus: vt hoc remedio ſingulari: ab omni peccatorū nos ꝯtagione purifices: ⁊ a periculorū munias incurſione cunctorū. per.

Cõmiſſa ꝑ eo q̄ ĩ vĩclis tenet̃. Offm̄.

Act. Nunc ſcio vere qꝛ miſit do-
12.c. minꝰ ãgelũ ſuũ, ⁊ eripuit
B me de manu herodis et de
omni expectatione plebꝫ
iudeoꝝ. In tpe paſcha. allã allã. V̾.
ibid. Et petrus ad ſe reuerſus dixit. Oratio

Deus indulgẽtie deꝰ totiꝰ cõſo-
latõis te ſupplices dep̄camur
vt famulũ tuũ. N. a cunctis pctõꝝ
ſuoꝝ nexibꝰ: ⁊ ab his q̄bꝰ captꝰ te-
net̃ inimicoꝝ ſuoꝝ vĩclis itcedẽte
btã dei genitrice maria ⁊ btĩs aplĩs
tuis petro et paulo atq3 iohẽ beni-
gnꝰ abſoluas emẽdatũq3 patna pie-
tate ſuſcipias: ⁊ ad gaudia ẽtna ꝑ-
ducas. ꝑ eũdẽ. Lectõ actuũ aploꝝ.

12.c. In diebꝰ illis Egreſſꝰ petrus
C de carcere: venit ad domũ ma-
rie mr̃is iohãnis q̄ cognoĩatꝰ eſt
marcꝰ/ vbi erãt multi cõgregati et
orantes. Pulſante aũt eo oſtiũ ia-
nue: proceſſit puella ad videndũ eũ
noĩe rode. Et vt cognouit vocẽ pe-
tri pre gaudio nõ aperuit ianuã ſꝫ
introcurrẽs nunciauit petrum ſta-
re ante ianuã. At illi dixerũt ad eã.
Inſanis. Illa aũt affirmabat: ſic ſe
p̄44 habere. Gr. Conſtitues eos pricipes
ſup oẽm terram mẽores erunt noĩs tui
ibid. dñe. V̾. Pro patribus tuis nati ſunt ti-
bi filii: ꝓpterea ppl̄i cõfitebuntur tibi.
Allã. V̾. Solue iubẽte deo terrarũ pe-
tre cathenas qui facis vt pateant cele-
ſtia regna beatis. Scd̃m matheum.

16.c. In illo tpe: Venit ieſꝰ in par-
B tes ceſaree philippi: ⁊ interro-
gabat diſcipulos ſuos dicẽs. Quẽ
dicũt hoĩes eẽ filiũ hoĩs? At illi dixe-
C rũt. Alii iohãnẽ baptiſtã: alii aũt he-
lyã: alii vero hieremiã/ aut vnũ ex
ꝓphetis. Dixit illis ieſꝰ. Vos autẽ
quẽ me eſſe dicitis? Rñdẽs ſymõ pe-
trus: dixit. Tu es xp̄s filiꝰ dei viui.
Rñdẽs aũt ieſꝰ: dixit ei. Btũs es ſy-
mõ bariona qꝛ caro ⁊ ſanguis non
reuelauit tibi: ſꝫ pat̃ meꝰ q̄ i celꝪ eſt.
Et ego dico tibi: qꝛ tu es petrus: et
ſup hãc petram edificabo eccleſiã
meã. Et porte iferi: non ꝑualebũt
aduerſus eam. Et tibi dabo: claues
regni celoꝝ. Et q̄dcũq3 ligaueris
ſup terrã erit ligatum ⁊ i celis. Et
q̄dcunq3 ſolueris ſup terrã: erit ſo-
lutũ: et in celis. Offert. Conſtitues p̄44
eos principes ſup oẽm terrã memores
erunt nominis tui dñe in oĩ progenie ⁊
generatione. In tpe paſ. Allã. Secr.

Hec dñe placationis ⁊ laudis
hoſtia famulũ tuũ. N. i te cõ-
fidẽtẽ ab oĩbꝰ purget pctõꝝ ſordi-
bus: et ab inimicoꝝ ſuoꝝ q̄bꝰ p̄mit̃
inſidiis ⁊ vinculis: ſctẽ marie ⁊ btõꝝ
aploꝝ tuoꝝ petri et pauli atq3 io-
hãnis p̄cibꝰ: liberũ inocuũ atq3 ab-
ſolutũ eſſe ꝯſtitue. ꝑ d̃. Cõ. Tu es pe- mat
trus ⁊ ſup hãc petrã edificabo eccleſiã 6 ca.
meã. In tẽpore paſchali. allã. Pꝰcõ.

Preſta q̄s dñe vt hoc munus
redẽptõis nr̃e qd̃ idigni ſum-
pſimꝰ famulũ tuũ. N. itcedẽte btã
dei genitrice maria ⁊ btĩs aplĩs tuis
petro ⁊ paulo atq3 iohẽ ab oĩbꝰ mu-
niat ꝑiculis ⁊ ab ãguſtiis q̄ patitur
⁊ vinculis illeſũ abire faciat. ꝑ eũdẽ.

Cõtra mortalitatẽ hoĩm. Offm̄.

Salus ppl̄i ego ſum vox
dicit dñs de quacũ- eccle
q3 tribulatione cla- et ꝑs
mauerit ad me ex- ⁊ pp
audiã eos ⁊ ero il- hets.
loꝝ dñs i ꝑpetuũ.
In tpe pa. allã allã.
Ps. Attẽdite ppl̄e meus legẽ meam: incli-
nate aurẽ veſtrã in verba oris mei. Or.

Deus qui iminẽtẽ niniuitis i-
teritum ſola mia remouiſti:
quibus vt miſericors exiſteres con-
uerſionis penitẽtiam preſtitiſti: re-
ſpice q̄s populum tuum ante ꝯſpe-
ctum mie tue proſtratum/ vt quos
vnigeniti tui ſanguine redemiſti nõ

patiaris propter miām tuam moꝛ-
talitatꝫ interire ſupplicio. Per eundē.

Lectio hieremie prophete.

14.c. A Si iniquitates noſtre contēde
rint contra nos: domine libe
ra nos. Fac ꝗs ꝓpter nomen tuum
qm̄ multe ſunt auerſiones noſtre.
B Tibi peccauim⁹ expectatio iſrael:
ſaluatoꝛ noſter in tp̄e tribulatiōis
Tu aūt in nobis es dn̄e: ⁊ nomē ſan
ctum tuū inuocatū ē ſup nos. Ne
derelinquas nos domine de⁹ noſter.
Grad. Pꝛopicius eſto dn̄e peccatis no
ſtris nequādo dicāt gētes vbi eſt deus
eoꝛum. V̄. Adiuua nos deus ſalutaris
nr̄ et propter honoꝛē nominis tui libera
p̄s.89 nos. Allā. V̄. Dn̄e refugium factus es
nobis a gn̄atione et ꝓgenie. Sc̄d'm Lucā.

11.c. B In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipu
lis ſuis. Petite: et dabitur vo
bis. Querite: ⁊ inuenietis. Pulſa
te: et aperietur vobis. Omnis enī
qui petit accipit: et qui querit inue
nit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis au
tē ex vobis patrē petit panē: nūqd
lapidem dabit illi? Aut piſcem nun
quid pro piſce ſerpentem dabit illi?
Aut ſi petierit ouum: nunquid poꝛ
riget illi ſcoꝛpionem? Si ergo vos
cum ſitis mali noſtis bona data da
re filijs vr̄is: ꝙto magis pr̄ veſter de
celo dabit ſpm̄ bonum: petentibus
ſe. Offer. Sperent in te omnes ꝗ noue
runt nomen tuum dn̄e quoniā nō dere
linquis ꝗrentes te: pſallite dn̄o ꝗ hītat
in ſyon: qm̄ non eſt oblitus oꝛationem
pauperum. In tp̄e paſ. allā. Secre.

Eccleſie tue ꝗs [illegible] munus
placat⁹ intēde ⁊ mīa tua nos
poti⁹ ꝙ ira ꝓueniat: qꝛ ſi iniquitates
nr̄as obſeruare volueris: nulla po
terit creatura ſubſiſtere ſꝫ admira
bili pietate q̄ nos feciſti opa manu
mar um tuaꝝ nō ſinas interire. Per. Cō.
11.c. Amē dico vobis quicquid oꝛantes peti
C tis credite quia accipietis et fiet vobis

In tp̄e paſchali allā. allā. Poſtcōio.

Omnip̄s ⁊ miſericoꝛs deus reſpi
ce ppl'm maieſtati tue ſubiectū
ꝗ ne nos furoꝛ ſeuiētꝫ moꝛtꝫ ſuelat
ſacramētoꝝ tuoꝝ ꝑceptio ſctā pro
ficiat. Per dn̄m. Pro peſte aīaliū. Officiū.

Salus ppl'i ego ſum
dicit dn̄s de quacū
ꝗ tribulatione cla
mauerit ad me ex
audiā eos ⁊ ero il
loꝛū dn̄s ī ꝑpetuū.
In tp̄e pa. allā. all.
Ps. Attēdite ppl'e meus legē meam: incli p̄s 77
nate aurē veſtrā in verba oꝛis mei. Oꝛo.

Deus ꝗ laboꝛib⁹ hoīm etiā de
mutis aīalibꝫ ſolatia ſubro
gaſti ſupplices te rogam⁹ vt ſine ꝗ
bus non alitur hūana cōditio nr̄is
facias vſibꝫ nō perire. Per. Epla. Si
iniqtates vr̄s in offi. primo. Grad.
Pꝛopicius eſto dn̄e petis nr̄is neqn̄ di
cāt gētes vbi ē de⁹ eoꝝ. V̄. Adiuua nos
de⁹ ſalutaꝛ nr̄ et ꝓpter honoꝛē nominis
tui dn̄e libera nos. allā. V̄. Dn̄e refugiū p̄s.89
fact⁹ es nobis a generatiōe et ꝓgenie.
Euā. Petite ⁊ dabit vo. vt ſ. Offert.
Sperēt i te oēs ꝗ nouerūt nomē tuū dn̄e
qm̄ nō derelīqs ꝗrētes te pſallite dn̄o ꝗ
habitat in ſyō qm̄ nō eſt oblitus oꝛonē
pauperū. In tp̄e paſ. allā. Secre.

Subueniat nobꝫ dn̄e ꝗs ſacrifi
cij pſītis opatio: q̄ nos ⁊ ab erroꝛi
bus vniuerſis potēter abſoluat ⁊ a
toti⁹ eripiat ꝑditiōis icurſu: vt et
aīalia q̄ nr̄is vſibꝫ ſeruiūt tua potē
tia liberētur. Per. Cō. Amē dico vobis ꝗc mar
qd oꝛantes petitis credite qꝛ accipietis 11.c.
et fiet vobis. In tp̄e paſ. allā. al. Poſtc. C

Auerte dn̄e ꝗſum⁹ ꝑ hec ſacra
ꝗ ſumpſim⁹ a tuis fidelibus
cunctos miſeratus errores et ſeui
tium moꝛboꝝ ꝗs graſſāt⁹ in aīalia
depelle perniciem vt quos ſuo me
rito flagellas deuios: foueas tua
miſeratione correctos. Per dn̄m.

Pro quacunq̧ tribulatione oīa fiāt ſicut ī miſſa ꝑ tribulatione cordis vt ſupra cū hac oratione. Orō.

Ineffabilem m̄iaꝫ tuā nobis dñe clemēter oſtēde vt ſimul nos et a pctīs omnibus exuas: et a penis quas pro his meremur benignus eripias. per dominū. Secret.

Sacrificia tibi dñe immolāda q̄s corda noſtra purificent et indulgentie tue nobis dona conſilient: et de aduerſis proſpera ſentire perficiant. per dñm. Poſtcōmunio

Quos celeſti munere dñe reficis diuina tuere virtute: vt tuis myſteriis ꝑfruētes nullis ſubdātur aduerſis. ꝑ dñm. Pro amico. Orō

Deus qui iuſtificas impiū et non vis mortē pctōꝝ: maieſtatē tuā ſuppliciter deprecamur: vt famulū tuū .N. de tua m̄ia cōfidentē celeſti ꝓtegas benignus auxilio et aſſidua protectione cōſerues: vt tibi iugiter famuletur: et nullis tētationibꝰ a te ſeparetur. ꝑ dñm. Sec.

Huius q̄s dñe virtute myſterii et a propriis nos munda delictis: et famulū tuum. N. ab oībus abſoluas pctīs. ꝑ dñm. Poſtcōio.

Purificēt nos q̄s dñe ſacramēta que ſumpſimꝰ: ⁊ famuluꝫ tuū. N. ab oī culpa liberū eſſe cōcede: vt qui conſcientie ſue reatu conſtringitur: celeſtis remedii plenitudine glorietur. Per dominū nr̄m.

Pro infirmo proximo morti. Orō.

Omnīps ſempiterne deꝰ ꝯſeruator aīaꝝ: q̄ quos diligis corripis: et quos recipis pie ad emēdationē coerces te inuocamꝰ dñe: vt medelā tuā ꝯferre digneris: ⁊ vt aīa famuli tui ī hora exitꝰ illiꝰ de corpore abſq̧ pctī macula ꝑ manꝰ ſctōꝝ āgeloꝝ tuoꝝ tibi repſentari mereat. ꝑ. Secr.

Adeſto q̄s dñe pro tua pietate ſupplicatiōibꝰ nr̄is ⁊ ſuſcipe hoſtiā quā tibi offerimꝰ ꝓ famulo tuo ſalutē nō corporis ſꝫ aīe ſue petēti p̄ſta ei q̄s indulgētiā oīm iniquitatum ſuaꝝ: vt ꝑ hoc qd̄ tibi offerimus ſacrificiū a ſctīs angelis eius anima ſuſcepta: ad tue glīe regnuꝫ ꝑuenire mereatur. ꝑ dñm. Poſtcōio

Gratias tibi agimus dñe refecti ſalutaribꝫ ſacramētis: q̄bꝰ aīas ī te ſperātiū ſatiare cōſueuiſti et ꝯſiſi de pietate tua ſupplici deuotione p̄camur vt miſereri digneris famulo tuo ne p̄ualeat aduerſꝰ eū inimicꝰ ī hora exitꝰ illiꝰ de corpore: ſꝫ trāſitū habere mereat ad vitā. ꝑ.

Pro iter agentibus. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus nr̄is ⁊ viā famuloꝝ tuoꝝ in ſalutꝫ tue ꝓſperitate diſpone: vt inter oēs vie et vite huiꝰ varietates tuo ſemper ꝓtegātur auxilio. per. Sec.

Propiciare dñe ſupplicationibus noſtris et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus aſſume: vt viā illorum ⁊ precedente gratia tua dirigas ⁊ ſubſequente comitari digneris: vt de actu atq̧ incolumitate eorum ſecundum miſericordie tue p̄ſidia gaudeamus. ꝑ dñm. Poſtcō.

